

CAROLI SIGONII SCHOLIA,  
QVIBVS T. LIVII PATAVINI HISTORIAE,  
ET EARVM EPITOMAE PARTIM EMENDANTVR,  
PARTIM ETIAM EXPLANANTVR.

Eiusdem in eisdem libros Chronologia, ipsorummet  
auctorum uerbis confirmata.



VENETIIS, M. D. LV.

CVM PRIVILEGIO PONTIFICIS MAXIMI,  
ET SENATVS VENETI, IN ANNOS XV.

APVD PAVLVM MANVTIVM,  
ALDI FILIVM.

CALENDAR OF THE  
...  
...  
...



NEW YORK, M. D. CC. LXXII.  
...  
...  
...

CAROLI SIGONII SCHOLIA,  
 QVIBVS T. LIVII PATAVINI HISTORIAE,  
 ET EARVM EPITOMAE PARTIM EMENDANTVR,  
 PARTIM ETIAM EXPLANANTVR.

De germano Liuianorum librorum indice.



**G**ERMANVM non esse Liuianorum librorum indicem illum, qui vulgo fertur, uerum à grammatico aliquo parum scite fuisse affictum, cum multis alijs summis superioris memoriae uiris assentior, tum maxime Francisco Petrarce, qui in primo libro rerum memoratarum, & in epistola ad Ioannem Certalden sem non obscure, quid ipse de eiusmodi re sentiat, edat, his uerbis. Sed heu quantum exans nostræ maculam. Huius tam ingentis, tamq; egregij operis uix portio subest exigua quidem: cum in Decades uel ab ipso conditore, uel, quod magis reor, à fastidiosjs post modum lectoribus factam foret, ex quatuordecim nisi tres Decades superfuerint. Item. Quod nisi salta abstimato, frustraturq; memoria, prope ad eandem literarum congeriem uidentur accedere uel T. Liuii Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades uocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium scidit ignaua. Hæc ille. Id autem ita esse ex grammaticis etiã ueteribus, in Prisciano, Diomede, Censorino, & eo demum, qui singularium horum librorum epitomas scripsit, facile intelligi potest. apud quos animaduertere licet in hac historia nominanda nullam Decadam, perpetuum librorum, in quos ipsa descripta erat, fieri mentionem. Quod facturos eos aliquando fuisse credendum est, nisi iam mortuus illis eiusmodi index celebrari coepisset. Decadam autem nomen probabile reddidisse uidentur numerus librorum, qui à T. Liuiio scripti esse dicuntur. cum **XIIII** Decades in **CXL** libros (tot enim ab eo editos esse vulgo creditur) rotundo quodam numero diuidantur. Verum & hæc fialia opinio est. Idem enim Petrarca **CXLII** ab eo scriptos esse tradit. idq; nos ita esse in scholis Epitomæ libri **CXXXVI** ostendemus. His igitur addicti rationibus germanum horum librorum inscriptionem restituendam esse putamus hæc.

**V. CIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBRI CXLII.**  
 Ex quibus tamen cum superiorum seculorum incuria **CVII** interciderint, cogimur eos **XXXV** tantummodo nominare. Historias autem cum credo idcirco inscripsisse, ut hic liber distingueretur ab alijs, qui Annales appellabantur, siquidem aliud erat Annales, aliud historias scribere. Nam Annales (ut à ueteribus accipimus) tantummodo quod factum, quoque anno factum esset demonstrabant; Historiæ uero non solum id, quod gestum esset, sed etiam quo consilio, quaque ratione gestum esset, indicabant. cum autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis scriberent, Annales conficerent, ut Factor, ut Piso, ut Fannius, ut Libo. postremo etiam historiæ scribi coepit, ut à Cælio, à Tuberone, à Afellione, à Sifenna, à Sallustio, à Liuiio. Itaque cum qui historias scriberent, alij aliunde scribendi initium facerent, Liuius ut & ipse scriptoris suæ & generis, & initium indicaret, **HISTORIAS AB VRBE CONDITA** nominauit; nimirum intelligi cupiens, se à primordio urbis, (quemadmodum ipse in principio profectus) res Romanas esse scripturum. Atque hæc quidem etiam consilio Sallustius usus libros historiarum complures edidit, quibus res (ut opinor) populi R. quibus ipse interfuisset, se perscriperam esse testatus est. Initium certe scribendi à Sulle in ore Canulo, Lepidoq; consultus fecit. Quod ex uerbis eius quibusdam, quanquam diuulsijs, quæ à Prisciano lib. **xv**, ex primo historiarum libro Sallustij profertur, intelligi potest. Ea uero sunt hæc. Res populi R. M. Lepido, Q. Canulo consultus, ac deinde militæ, & domi gestas composui.

DE EPITOMIS.

**EPITOMAS** porro, idest (ut ego interpretor) breuia singularum librorum argumenta uniuersique libro præfixa: ut quisque breuiter, ac facile, quid in quoque libro contineretur, cognoscere, ac qui Liuiani libri intercedissent, & quantum in eis amissis acceptum detrimenit esset, intelligere possent. Nam siue à Liuiio, siue à Floro, siue ab alio quo scripta sunt (hæc enim omnia traduntur) ad Romanas certe res illustrandas accommodatissimæ sunt, præsertim uero ubi Liuiana historia excidit. Quæ in parte Liuianam apud quenque obtinere debent auctoritatem.

IN EPITOMEN LIBRI PRIMI.

**LYLVII.** Item, Tyberis. ] Silius, & Tiberis scribendum esse ex manuscriptis exemplaribus, graecisq; libris constat, apud quos est *τῆς ἑβας*. In centurias populus diuisus. ] Lego in curias. Nam Liuius ita loquitur. Cum populum in curias **xxx** diuideret, nomina Sabinarum curis imposuit. Meti Suffetis. ] Fufeti, uel post dicam. Ancus Martius. ] Marcus, uel post dicam. Tentandæ scientiæ causâ. ] Veteres libri. Hic tentandæ scientiæ causâ. Offium condidit. T. regniuius. ] Manuscripti libri plensores sunt. ita. Oltam condidit. Regnauit annos **xxxiiii**. Eo regnante Lucio M. Sabinarum Corinthi filius à Tarquinia Etruriae ciuitate Romam uenit, & in amicitiam Ancj recepit. Tarquinii nomen ferre coepit. & post mortem Ancj regnum excepit. centum addidit. c. Quam lectionem proba. Acci Nani. ] Ati Næi, uel post dicam. Idque protinus factum. ] Ver. lib. idque prot-







habet nominatum, quem spectet. inquit enim: Declaratus rex Numa Ianum indicem pacis, belliq; fecit, annum descripsit, Flaminem Ioui aspidum creauit, uirgines Veitæ legi, Salios legi, Pontificem deinde Numa Marcium legi. Hic ego dico, non esse necesse Nominatum, Numa, iterare, placere autem, Numam Marcium legi. Fuit enim Numa prænomen Sabinum. Itaque Pompilius, & Marci id tulerunt. Numa autem Marcius is est, (credo) qui Numam Pompilius ad regnum Romæ accipiendum (ut ait Plutarchus) hortatus, cum eo Romam ex Sabinis commigravit. Hic cum ab eodem rege in patriciorum numerum relatus esset, post eius obitum cum Tullio Hostilio de regno contendit, ab eoq; uictus sibi mortem conficiuit. Huius filius Pompilius Numæ Pompilius regis filium in matrimonio habuit, & ex ea Ancum Marcium regem suscepit, quem & ipsum tulisse Numæ prænomen apparet ex lib. v. Taciti, ubi ait. Numam Marcium præpositum urbi fuisse à Tullio Hostilio rege. Quod autem ratione confirmauit, id etiam in quibusdam manuscriptoris libris inueni.

## M. Marcius

Numa Marcius Sabinus.

à Numa rege in patricios lectus. Primus Pont. Max. ab eo lectus,  
à Tullio Hostilio uictus sibi mortem conficiuit.

Numa Marcius

Numæ regis gener, à Tullio rege urbi præfectus.

Ancus Marcius rex 1111

Numæ regis ex filii nepos, itemq; Marci  
primi Pontificis. Plut. in Numa.

Ei q; omnia exscripta, exsignataq; attribuit. ] Vet. lib. ei q; sacra omnia. Et soli Fidei solenne inſtituit. ] Vox, Soli, habet sine controuersia mendium. Dionysius *θεωσις* uocat, id est publicam Fidem. si autem in quibusdam manuscriptis est, (ut audio) Et simul Fidei, non improbo. Nequid prius, quam mandata agerent. ] Vet. lib. Nequid cum Albano prius, quam mandata agerent. Imperabat tum C. Cladius Albe. ] Legendum est. C. Cladius. Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Linius C. Chulium Albe Dictatorem, & fossam Chuliam ab ipso C. Cludio procul ab urbe V. missa passum factam. Dionysius lib. 111. hunc duce[m] *κλιαν*, & fossam *κλιαν* uocat: at lib. v. 1111, itemq; Plutarchus in Coriolano *κλιαν*. Ex quo intelligi potest apud Linium, & Dionysium lib. 111. legendum esse Cladium, & Cladium, præteritum uero cum Festus scribat, Clodium fossas à Clodio Albanorum rege esse dictas. Fuit autem Clodia gens Albana, post à Tullio Hostilio Alba euerſa Romam translata. Dionysius auctor, itemq; Linius. Albani Metium Sufficium creant. ] Lege Fufetium, nam Dionysius habet *φουσιος*. & Plutarchus in libro *περὶ ἀλλοτρίων*, uel *περὶ ἀλλοτρίων* appellat. Eodem modo Q. Fufius Calenus, non Fufius, ut uulgo, uocandus est. Quod ex Capitolio eius consilium, & ex græco Dionis libro intelligi potest. Ea res à Itanium exciuit Metium, dicitur quam proxime ad hostem potest. ] Vet. lib. Is dicit quam proximè.

7 Horatios, Curiatosq;.] Curiatos legendum pro. sic enim lib. manuscripti habent. & Dionysius *κυρτιος* ubique edit. Fecialis. ] Fecialis scribendum arbitror sine diptongo. Ita enim lib. ueteres, ut a Græci. *φουκλιος*, & *φουκλιος*. ita decem nominis ratio postulat. Fecialis enim à tenendo dicitur esse scribit Festus, quod pacis faciendæ essent auctores. Sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, puram tollito. ] Vet. lib. Pura. ut ad Sagmina referatur. Si prior defecit publico consilio, dolo malo: ita illo de Iupiter populum R. sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam. ] Vet. lib. plerique. Tum illedies Iupiter. Ex quo conicio legendum esse, tum me Diespiter. Verba enim solennia sunt, eaq; antiquissima, ut ait Festus lib. x. his uerbis, Silecem tenebare iurari per Iouem, hæc uerba dicentes, si fœns fallo, tum me Diespiter, sita urbe areq; bonis eiciat, ut ego hunc lapidem. est aut apud Linium, Dolo malo; idem, quod, Si fœns fallo. Diespiter autem Iupiter dicitur esse, quasi Dies pater. Varro. Eo maiore cum gaudio, quo prope necem res fuerat. ] Vet. lib. quo propius metum. placet. Sic eat, quæcumque Romana iugebit hostem. ] Vet. lib. quæcumque Romanum iugebit hostem. placet. Lex horrendi criminis erat. Duumiri perduellionem iudicat. ] Vet. lib. Horrendi criminis erat. Vere. Carmen enim apud uerba lego, quæ sequuntur. Duumiri perduellionem &c. Sic lib. 111. Recitabat; rogationis carmen. Si quis tribunos plebis decem. &c.

8 Exempli parum memoris legum humanarum. ] Emendat Beatus Rhenanus, Romanarum, pro Humanarum, quod non placet. nam & à Vet. lib. disſidet, & à Varrone, qui ita scribit lib. primo de uita populari R. ut est apud Nonium. Metium Fufetium propter perſidiam interfecit pene imperiosius, quam humanus.

9 Principes Albanorum in patres legit, Tullios, Seruilios, Quincios. ] Mendose Tullia gens inter Albanos Romani à Tullio Hostilio translata numeratur pro Iulia. Id uidet Dionysius, qui eodem ordine commemorat has gentes, inquit, *βουλιος*, *σερβιλιος*. Adde, quod gens Tullia non Albana fuit, sed Corniculana. & quod Tullus, & Tullius pro Iulo, & Iulio infra sepiſſime est mendose. Quincios. ] Quinctum, Quincium, Quinctium, & Quinctianum scribendum esse, facile omnes intelligunt, qui Capitolinum lapidum scripturam obseruauerint. Eadem scriptura seruatur etiam in quibusdam libris manuscriptis Diodori Siculi, quos mihi commodauit uir omni & uirtutis, & laudis genere præstantissimus, Ludouicus Beccatellus, tum cum Veneris Pontificis legat. nis manus obiret, qui libri cum hæcenus impressi non sine, plurimum

Natiuitatem ab Actio Natio dicitur ait. Statua Accii capite uelato, quo in loco acta reseat in comitio in gradibus ipsius ad Iuuenem curia fuit. ] Vet. lib. Statua Amii posita capite uelato, sic lib. 111. de Statua Clodii. In summa sacra uia fuit posita iungo infidens equo.

11 Posteriore modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt. ] Vet. lib. Posteriores. Recte, ut sit posteriores equites, qui additi erant, appellati sunt sub iisdem nominibus. Idem nomen, atque priores tenuerunt, ut postea aperius dicam. Pontem incendunt. ] Vet. lib. Succenduntur. aptius. nam inquit accensio ligna in flumen esse coniecta, quibus pons conflagrauit. Deditis ne uos, popululumq; Collanum, urbem, agros. ] Vet. lib. Populum Collanum. Vos enim nominatiuis casus est, non accusatiuis. ut intellegendum sit, qui popululumq; Collanum emendarunt. Quod ex dedicatione Campanorum colligi potest lib. v. ubi ait. Itaque populum Campanum, urbemq; Capuam, agros, delubra deorum, diuina, humanaq; omnia in uestrum P.C. populum; Romani ditionem dedimus, non. Nos, popululumq; Campanum. Ficulnea uetus, Cameria. ] Dionysius enim hoc loco mendose habet *quidam*, pro *quibusdam*, ut supra. ita ut Ficanum, & Ficulneam eandem esse ciuitatem intellegere uideatur. Varro quidem in lib. de lingua lat. Fidenates, & Ficulneates suburbanos populos uocat. In domo à paruo deductum. ] Edificatum Vet. lib. urruque recte.

Tum quia Seruio occiso. ] Vet. lib. Et quia Seruio occiso. atque ita siue controuerfia legendum est, nam haec est altera ratio, quae priorem subsequitur, quae erat. Et quia grauior ultor cordis. Itaque apte altera alteri nouit respondet.

12 Tum decimum palam factum. Ercomploratione in regia orta. ] Nescio cur uetorem lectionem immutauerit Rhenanus. Tum decimum palam facta ex comploratione in regia orta. cum sit sensus. Seruio celata morte regis opes suas firmavit, tum decimum palam facta ex comploratione in regia orta regnauit. Cornuciae, ubi uenae. ] Vet. lib. Tribuonesq;. Egregie. Dionysius enim ubi hic de re agit, uerba *οὐκ ἔστιν*. In tricentariis distribuit. ] Mahus, in duas, ut scribit Dionysius. ut centuriae omnes sint ccc lxxi, numero impari, ut concipit Dionysius, non ccc lxxii. Equitum ex primoribus ciuites xlii scripsit centurias. Sex item alias centurias tribus ab Romulo instituit, sed alidem quibus inauguratae erant, nominibus scribit. ] Ex his ueteris centurias colligit Glareanus x v, cum sint x v lxxi. tres enim ueteres tantum actas esse putare uideatur, cum ex tribus sex factas esse Linius intellegat. Haec enim de re sic ait in Prisco. Tarquinus equitum centurias suas deesse iuribus rames, ad Ramenses, Tanenses, Luceres, quas centurias Romulus scripsit ad idem alias conseruit, sinque iniquis relinquere nomine. & paulo post. Neque tum Tarquinus de equitum centuriis quicquam mutauit, numero tantum alterum adiecit, ut mille dccc equites in tribus centuriis essent. Posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt, quos autem, quia genuitae sunt, sex uocant centurias. Haec libi. Genuitae autem eas Tullius, ita ut ex tribus sex faceret, sed sub iisdem nominibus. Quo efficiebatur, in primi essent, & secundi Ramenses, primi & secundi Tanenses, & Luceres. Quod Festus etiam docet, qui libro x vii. ait. Ciuitas Romana in vi distributa erat partibus in primos, secundos Tanenses, Ramenses, & Luceres. Dionysius tempore decem & octo centurias à Tullio factas scribit non quodecim. Equites enim uocabatur primi, octoginta inde primae classis centuriae primum pedum uocabantur. ] Voces haec. Primum pedum uocabantur, perspicue significata sunt eius, qui locum hunc in maribus labori interpretat. Id est quod non solum superuacua reperiunt uoces, uocabantur, sed etiam ueterum aliquot librorum auctoritas, comprobatur, à quibus ab hunc eiusmodi uoces. Accedit, quod si uocabatur, multo uentilior ipsa oratio redditur.

Ibi si uariaret, quod raro uidebatur, ut secundae classis uocabantur, nec tunc equum infra ita descendere, ut ad infimos peruenirent. ] Glareanus hoc loco desiderari aliquid censet, quasi uero haec sententia futura fuerit. Ibi si uariaret, non esset uocabatur, ut secundae classis centuriae uocabantur, neque intelligit totam hanc orationem alius usum ducere, inquit enim. Gradus facti, ut neque exclusus quicumque iustitrago uideretur, & uis omnis penes priores ciuitatis esset. equites enim uocabantur primi, octoginta inde primae classis centuriae. Ibi si uariaret (quod raro uidebatur) alter gradus nimirum fuit, ut secundae classis centuriae uocabantur. Hunc sensum cum uentilior, ut libetari, siue emendatores non persequerentur, deinde, Descenderent, pro Descenderent, scripsere. Est autem noua quasi res addenda ita. Quod ad tertiam, & reliquis classis erant, nunquam ita infra descendere, ut ad infimos peruenirent. Id quod Dionysius prope aduersus fuisse scribit. ut. *οὐκ ἔστιν ἡ τριτὴν τὴν ἀρχαίαν, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ἀρχαία τὴν ἀρχαίαν*. Nec miranda quippe, hunc ordinem, qui nunc est, post expleta quinque & triginta tribus, duplicato earum numero centurias iuniorum, seniorumq; ad institutum ab Ser. Tullio summam non conuenire. ] Sensus est. Seruio Tullio uis omnia populum in 3111 tribus descripsit, idem eundem in centurias ccc lxxi. Subsequens uis uis temporibus, inquit, cum populum ita creuerat, ut xxxv tribus expleta sine, centuriarum etiam uis uis duplicatis est. Quare mirandum non est, hunc ordinem centuriarum, qui nunc est, ad summam Ser. Tullii institutum non conuenire.

Quadrifariam enim uisue dus. fa regionibus, collibusq; quae habitabantur partes, tribus eas appellauit. ] Quia meminit tributum xxxv, in quas post populum est coniectus, quae causa mutationis centuriarum fuit, quae essent hoc tempore tribus exponit. Quatuor igitur fuisse à paribus urbis quatuor, in quas diuisa urbs à Tullio fuit, nominatas ait. Haec fuerunt Palatium, Esquilina, Suburcana, Collina, quae rusticis tribus accedentibus urbanae fuit dixit, Dionysius autem ] ulium eundem & urbanarum, & rusticarum tributum auctorem fuisse, scribit. Quod praeterit, ut alia, Linius. Censu perfecto, quem manauerat metu legis de uicenis late. ] Sensus est. Regem manure perfectio, censum, quia populum meminit legem de uicenis late, quos se & bonis, & libertate mulcenturum esse edixit. sic enim Dionysius scribit. *τὸ δὲ μὲν ἀπορροφῶν ἀπορροφῶν ἔπειτα τὴν αὐτὴν ἀρχαίαν ἐπέθηκε, καὶ αὐτὴν ἰσομετρῶς ἐν τῷ ἑξῆς*. Idq; conditum iustitragum appellatum est ] quia in censendo finis factus est.

Rhenanus ambigit de hac lectione, neque enim uidere se ait, cur dicat Linius uiceno iustitragum appellatum esse.



quia in censendo finis factus est. Iusta autem eius dubitatio est. Ego autem vel repugnantius ueteribus libris, legentium puto. Qui in censendo finis factus est. ut fit. Instatum est, ut iustum Censiois finis esset. sic enim Dioyus usque ad memoriam suam obseruatum esse tradit. *εἰς τὴν καθάρτην αὐτῆς τῆς τῆς κατ' ἐμὴν γῆρας ἰσῶσαι κληθῆναι: μὴ τὸ πᾶσι λαοῖς τὸ πᾶσι δὲ πᾶσι τῶν ἐξ ἑστῆν τῶν ἰσῶσαι τῶν ἰσῶσαι, λαί: τῶν ἀνομήτων.*  
 Pomernium, uim uerbi solam inuenies. Postmoenium interpretatur. ] In Vet. lib. Postmoenium. & recte. nam antiquius moeri pro moeis dici sunt. Varro etiam lib. 1. 11. de lingua lat. Principium inquit, quod erat post murum, pomernium dicitur.

Quidam patri familiar. ] Vet. lib. patri familiaris. Ea erat confessio caput rerum Romanam esse. ]  
 Quia querit Glaereanus, si ea confessio erat, caput rerum Romanam esse, carbouem Romanam Sabinus addoerit, huius loci sententiam aperuenies. Templum, inquit, Dianæ à latinis conditum eam confessionem latinoorum extorserat, Romam ipsam imperii caput esse, de quo tones armis certatum fuerat. Que res quoniam omnia ex omnium cura latinorum ob tot clades acceptas erat, subit tamen cogitatio Sabino cuiusdam imperii pristini priuato consilio recuperandi, si ipse bouem Dianæ sacrificasset eam, de qua uates cecinerant, cuius curatio eius Dianæ immolasset, apud eam imperium fore. Ergo bouem Romanam deduxit, ut imperium recuperaret. Sabino autem inter Latinos numerat. Paulo post, infima ualle preserat, Tiberis. uerba sunt Romani aotititatis, non Historici. porro autem antistitem fani Cornelium, Sabinum Antonem Curatum nominat. Plutarchus in libro τῆς καθάρτην. Eniam de Seruio actum rati. ] Vet. lib. & iam de Seruio. Vere.  
 Flectente carpentum dextra in Virbium iustum, ut in collem. ] Vide quid sit, quod omnes manuscripti libri ita habent. Flectere carpentum in dextram iustum aurigam, ut in collem. Carerum supra Virbium dicitur habitasse Ser. Tullium regem scribit Solinus cap. 11. Collem Esquiarum. ] Esquiarum habent Vet. lib. Peruenisset; ad summum Cyprum uicium, & paulo post. Monumento; locus est: Sceleratum uicium uocant. ] Dionysius hunc uicium primum Beuum, post Sceleratum appellatum tradit. *εἰς τὴν δὲ πεντακτῆ ἄλυσιν καθάρτην περὶ τῆσαν, ἢ ἰσῶσαι τῶν διουῶ, καὶ μισσητῶν ἀσῶσαι τῶν ἰσῶσαι κατὰ τὸ πᾶσι γῆρας κληθῆναι.* Recite. Nam Cyprum Bonium significat auctore Varro de lingua latina. Vicus Cyprus, inquit, à Cypro, quod ibi Sabini ciues additi coesederunt, qui à bono omine id appellauerunt. Nam Cyprum Sabine Bonium. prope hunc uicium Sceleratum, dicitur à Tullia Tarquinii Superbi uoxore. &c.

Octauio Mamilio Tusciano. ] Si nomen gentis huius est Mamilius, ut Dionysius, & Festus scribunt, ergo Octauius pignomen est, quod alius Octauit gentis est nomen. quia uero nustum pignomina loco Notum uim usurpata sunt, propterea suspicor, ne Octauo Mamilio sit legendum, ut Octauus sit pignomen perinde ac in iuris Quintus, Sextus, Decimus. & in formis Prima, Secunda, Tertia, Quarta, & Quinta. auctore Varro. Linius etiam post lib. 1. 11. L. Mamilio Tusciano datam ciuitatem scribit. Ne id quidem ab Turno nullis tacitum ferunt, doctis enim. ] Vet. lib. ne id quidem Turnum nullis tacitum ferunt. doctis ferunt. Recite. nam in priore lectione nullis ad Superbum, in hac ad Turnum referunt. Quo fit oratio rectior. Nam addit. Dixisse enim. Sic lib. v. 11. Non patribus tacitum tribuimus. Quod morando spem destituerit. ] Vet. lib. spes destituerit. Videat autem eruditus lector ad rectius dicitur, spem destituit, an, me spes destituit. Linius quidem lib. x. x. 1. x. ait. Scepso magna spes destituit erat. Mistic manipulos ex lanos, Romanisq; ut ex bonis singulos saceret, binosq; ex singulis. ] Manipulos teste Vegeno decem continebat milites. Ex binis ergo singulos fecit. cum ex duobus manipulis altero lanorum, Romano altero quinos ex hoc, & ex illo quinos milites sumeret, & unum mistum componeret. Ex singulis porro binos, cum duas unius manipuli partes in duos diuideret. Quos geminauit, cum eisdem manipulum ex lanis, Romanisq; miscuisset. Ni degeneratum in alius huc quoque deconi officisset. ] Querit Glaereanus quo referatur uox illa Degeneratum. is ergo accipiat, referri ad uerbum, officisset. est autem hic modus dicendi Litiu usitatus. sic lib. v. 11. Dui non peritatum tenuerat Dictatorem. Item. Tentatum domi per dicatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. Sumitur autem sententia pro omnino uno, & casu recto.

Mansere ius bellum, quod positum simulabatur. ] Vet. lib. Inuenire ius bellum. Pererraturus se is omne Latium, Volcosq; se inde, & Aequos, & Herocos petiturum. ] Vet. libri plentiores. Pererraturum se omne Latium, pulsatumq; se inde Volcos, & Aequos. Ipse idem dem belli auctor esset. ] Lege, Effe, ex Vet. lib. ut eadem fit forma dicendi, atque ea, quæ sequitur. In eo sibi præcipuam scientiam assuimere.

Postquam satis uirum collectum ad omnem conatum uidebat. ] Vet. lib. uidebatur. Quam summam pecuniam oque ex iniuis tum urbis præda sperandam, & nullius ne horum quidem magnificentis operum fundamenta non exuperaturam. ] Rhenanus ex fide uetusti libri corriget. Quam summam pecuniam, quo sensu, se credere potius Fabio, quam Pisoni, quia summam pecuniam scribit neque ex unius tum urbis præda sperandam. Itaque uerbum, Scribit, subaudiens idum putat. Nos autem in uet. lib. inuenimus ita legi. Quia summa pecunia, & cætera in recto casu. ut sit hæc sententia. se credere potius Fabio, quam Pisoni de x. millibus pondo argenti, quia summa pecunia ea fit, neque ex iniuis tum uerbis præda speranda. Qui cum haud paruis & ipse militis adderet labor. ] Vet. lib. Qui cum haud paruis & ipse militis. i. cum edificandis labor haud paruis & ipsi militis adderet labor. P. Valerio Volesi filio. ] Volesi scribendum. ex cap. 1. 6. consulis. Ferro, igni, quacunque dehinc ui possim exacturum. ] Vet. lib. & quacunque dehinc ui possim. ut lib. 1. 11. Pootem ferro igni, & quacunque in possent, interrumpant. Itaque Cicero pro domo ait. Deinde cum ille faxis, & ignibus, & ferro ualibatem meis edibus inuolisset, & pro Plancio. Quorum uisidibus toto illo anno ferrum in foro, flammam in edibus, uim in tota urbe uersari. Pæcco ad tribunum Celerum, in quo nam magistratus forte erat Brutus, populum aduocauit. ] Hoc addit, quia nisi magistratus populum conuo-



obruenda.] Vet. lib. munia. Nec hostes modo timebant, sed suosmetipsi ciues.] Vet. lectio. Suosmetipsos. Salus quoque uendendi arbitrium, quia impensio pretio uenibat in publicum omni sumptu ademptum priuatis.] Suspicio ne, ut censet Glareanus, legendum sit, omni sumptu adempto concessum priuatis. Si liberis educerent.] Vet. lib. educerent. Ut pontem ferro, igni, quacumque ui possent, intrerrant.] Vet. lec. & quacumque ui possent. Sp. Largium.] Glareanus ubique Largium scribendum censet, nos Larium partim antiquorum librorum auctoritate, partim etymologia uocis. Larium enim ad Late proximo dicitur est. Graecorum tamen codices ubique *Λάργιον* habent. Tiberine uater, inquit, te sancte precor hanc arma, & hunc militem proprio flumine accipias.] Tiberinum Deum loci uidentur intelligere, de quo etiam Vergil. lib. v. 111. Hic Deus ipse loci fluuius Tiberinus amorem, Populeus inter senior se amolere frondes uisus. Quo in loco docet Seruius in sacris Tiberinum, in communi loquendi sermone Tiberim, in carmine Tiberim uocari. Ita sic armanus in Tiberim defuitur.] Vet. lib. Indef sic armanus. Nautibus undique accitis, & ad custodiam, ne quid Romam frumenti subuehi sineret.] Desideratur uox, Postis, quae est in Vet. libris. & ad custodiam postis.

Consulium alter.] Vet. lib. Consul alter. Versusq; in Lucretium Etruscis.] Probo coniecturam Glareani, legendum esse, in Valerium, propter ea, quae sequuntur, Dextra, & laeua; hinc à porta Collina, illinc ab Naui redditis clamor, nimirum ab Latio, & Lucreno, quorum illa Collina, huc Nauius porta egressus erat. Cum Cn. Marius adolescens nobilis, cui indignum uidebatur populorum Romanorum seruentem, &c.] Hae periodus *ἀντιπαρθεῖς* continet, quia nullum subdit uerbum, quod respondens recto illi casui, C. Marcus, nisi legamus, quemadmodum legitur in manuscriptis libris, C. Marcio adolescenti nobili indignum uidebatur populorum Romanorum seruentem &c. Nec ab hostibus uisus obsequium esse, liberum eundem populam ab uisum Etruscis obsequi.] Ex fide Vet. lib. lege. Nec ab hostibus uisus obsequium unquam, liberum eundem. Iuberem macre uirtute esse.] Venus lectio. Iuberem te macre uirtute esse. Modus est autem iuberendi us, de quo Lilius lib. 111. 1. Tum Dictator, Macre uirtute, inquit C. Seruius esto. Vtraque ibi, Macre, pro, Macrus, ponitur, auctore Prisciano, sic hic Macre, pro Macrum. Scruolus.] Cap. La pides edunt, Scruolus. Ceteri utcumque ceciderunt primo.] Vet. lib. Ceteri, ut cuique ceciderunt primo. Legisse impubes dicitur.] Vet. lib. impuberes. Cum ille peteret, quod contra libertatem populi Romani esset, Romani.] Vet. lib. & Romani. Huic tam pacae protectioni ab urbe Regis Etruscis abhorrens mos traditus ab antiquis, usque ad nostram aetatem inter cetera solennia manet, bona Porseae regis uendendi.] In omnibus Vet. lib. duae amplius uoces funt, Bonis uendendis, quas exemit Rhenauius, quod in uno quem ipse legit libro non reperit, ex quo suspicatus est, eas esse interpretis alicuius glossema. Videndum est tamen an ita sit. Etenim Cicero in Verr. 111. Vbi illa consuetudo in bonis, pradiabus, pradiabus; uendendis Consulium, Censorum, Praetorum, Quaeistorum, ut optima condicione fit is, cuius res sit, cuius peculium?

Pax fida ita cum Porseae fuit. Consules deinde.] Ego asteriscum ponendum censeo inter fuit, & Consulibus. ut intelligatur deesse aliquid, desunt autem nomina Consulium Sp. L. Arny, & T. Hermijni. Quorum meminit Dionysius, & Cassiodorus, qui tabulas suas consulares ex Luuiana historia concinnasse uidentur. puro autem deesse non Liiui, sed librorum uino, ut aperte in Chronologia ostendamus. P. Posthumius.] Postumus, & Posthumus scribendum est sine aspiratione, nam ita & in manuscriptis libris est, & in ueteris lapidibus, praeterquam uero is, qui in Capitulo sunt. Ap. Cladius, cui postea Appio Claudio fuit Romae cognomen.] Nemo maretur me & hoc loco, & infra in 1 x, ubi ait. Suae Ap. Clauitum, siue Ap. Claudium in auitus; legere Actium Clauitum. Hae enim est lectio uetustiorum librorum. Quae auctoritate etiam Valerij confirmatur, qui scribit Appium praenomen ab Actio Sabinorum praenominis ortum esse. Ex quo intelligere postumus Actium Clauitum Sabinum, ubi Romam commigravit, utrumque nomen inmutasse, perinde atque Lucumo Tarquinientis, qui se L. Tarquinium appellari uoluit. Quod cum ita sit, non est dubium, quin mendose Suetonius in Tiberio hunc Tatum uocet, pro Actio, & Dionysius *Ἰβρις κλαυίτης* mendose habeat pro *Ἰβριος κλαυίτης*, ut Plutarchus in Poplicola. Praeterea pro uoce, Cognomen, restitit, Nomen, nam haec uox, & aptior est huic loco, & est in Vet. libris. Ab Regillo.] Regillum urbs est hoc in loco, non lacus, ad quem cum Latio possi debellatum est. Nam Stephanus ait. *Ἰβριλλος πῖλος σερβίος*. Hoc dicit, quia Glareanus incertus esse sententiae uidentur, cum tamen urbs Ictia Sabinis, lacus in agro Tusculano, ait Lilius.

Qui ex eo uenirent agro.] Vet. lib. uenerant. Auruncos.] Dionysius *αὐρυνκῆς* uocat. at Cap. Fragen. Auruncos. Opiter Virginius, Sp. Calsius.] Vet. lib. & Sp. Calsius. Iam in eo esset, ut in tueros males euaderet.] Vet. lectio melior, iam in eo res esset, ut. Posthumium Cominium.] Glareanus uehementer hoc loco errat, qui Posthumium hoc in loco gentis esse nomen putat, & C. Postumium duci uult, est enim scribendum, Posthumum Cominium, ut sit praenomen, quemadmodum ostendit in Praenominibus à me editis. M. Valerium M. F. Volusi nepotem.] Hunc primum Dictatorem creatum esse, contra, atque tradit Lilius, eundemq; Volusi, contra, primum, quemadmodum etiam scriptum est in Capitolinis lapidibus, docet Felsus lib. x. 11. 1. cuius uerba subiungam, partim quia uulgo mea dole legitur, partim etiam, quia digna sunt, quae recitentur. inquit autem. OPTIMA LEX cum nominabatur in magistro populi faciendo, qui uulgo dictator appellatur, quam plenissimum potest esse significabatur. Ut fuit M. Valerij Marci filij Volusi nepotis, qui primus magister populi creatus est. postquam uero pro uocato ab eo magistratu ad populum data est, quae aetna non erat, desitum est dici, ut optima lege, ut pote immittio iure posteriorum magistratum. Errat porro Rhenauius, qui M. V. Volusi nepotem corruentem, nam Volusius praenomen est Valerorum, ita ut Marcus sit supersuaneum. Tacite inducit quentum aium tenere.] Vet. lib. Dazt inducit. Quanquam lib. extremo ait. Velut tacitis inducis quiete utrumque sumpta.

sumpta. Ser. Sulpicius. M. Manlius Tullius.] Fæde erratum est in altero horum consulum nominando, est enim scribendum, Ser. Sulpicius. M? Tullius. i. Manius Tullius. Huius lectionis auctor est Dionysius, qui inquit. *ἀπὸ τοῦ ἀνακτοῦ, μάνιος τῶν τῶν ἀδελφῶν.* & Cicero in Bruto, qui ait. *M? Tullium* cum Ser. Sulpicio Consulem fuisse anno x post reges exactos. Quod Glareanus non vidit. Manius autem apud antiquos ita scribebatur, M? ut in Capitolinis consulis, aut ita. M. ut est in nummis argenteis multis, quos cum apud alics, tum maxime apud patrem tuum clarissimum legi, ut M? Sergius. M. Cordius. T. Ebutius.] Diphthongus non negligenda est, quam affert Dionysius. *Ἔσθαι εὐκόλως.* Prouolant in primum.] Ver. lib. in primum agmen. Vtrunque usitatum. Iniuria à primoribus fieri cœpere.] Ver. lib. cœp̄e.

- 22 Romæ tribus una, & triginta factæ.] Hic numerus est mendose non solum apud Liumum, sed etiam in epitome. Non enim triginta una, sed uiginti una scribendū est. Id quod & uetula exemplaria habent omnia, & Dionysius confirmat, qui in explicando iudicio Coriolani habito paulo post hunc annum, non nisi x x i tribus fuisse aperte ostendit. Idem error fordauit etiam sextum Liumi librum, ubi ait, Quatuor tribus additas esse, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam, Narniensem, atque triginta quinque numerum explensisse. Non enim triginta quinque, sed uiginti quinque, legendum est, quo modo in uetustis exemplaribus legitur. Quæ uero triginta quinque numerum expleuerint, ex in subsequenibus libris nominatur à Lioio. Præstat autem, ut quo facilius huius quæstionis explicatio sit, quæ quoque tempore tribus addite sint, ex sententia Liumi exponamus. Primum igitur res à Romulo Rege tribus factæ sunt Tatienisium, Rammenisium, & Lucerum. Hæc deinde à Ser. Tullio Rege quatuor redditæ à regionibus Urbis appellatæ sunt, & Urbane propterea nominatæ Suburrana, Esquilina, Palatina, Collina. Idem Rex Dionysio auctore agro Romano diuiso rusticas alias tribus fecit. Earum necerum ipse quidem numerum affert. Liumus vi post R. E. anno ueterem tribum Claudiam appellatam, quod in eam clientes Ap. Claudii coniecti essent, ait. post autem anno c c l i x tribus x x i Romæ factas scribit. quem numerū Dionysius etiam tradit in iudicio Coriolani à tribus facta anno c c l x i i i. Lioio autem auctore decennio post quatuor additæ sunt, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Narniensis, eæq; x x v numerum expleuerunt. Hinc decem aliæ accesserunt, duæ quidem anno c c c x c v i i Pontina, & Potholica. item duæ anno c d x x i i i, Meria, & Scaptia. itemq; duæ anno c d x x x v i, Ventina, & Falerina. & duæ anno c d l i i i. Aaiensis, & Terentina. postremo etiam duæ circa annum d x Velina, & Quirina.

Sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinus ira, odioq; circū, quicunque arma fiaderet, ne ab le gatis quidem uiolandis abliuuit. Probo magis hanc lectionem, quam eam, quæ est in quibusdam libris manu scriptis. Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus. præsertim uero cum hac forma loquendi sit frequens.

Tributum iniquo suo tempore imperatum.] Ver. lib. iniquum suo. Ex quo suspicari possumus legendum esse, Iniquissimo. Nexu uincti, soluti; se undique in publicum propriunt.] Non uero nec legendum sit, Nexi uincti, soluti; sic enim locutus est lib. v i i i. Ita nexi soluti, cautum; in posterum ne necerentur. Item. Eo anno iniquum libertatis factum est, quod ligari nexi deserunt. Nexos enim uocatos ait Varro liberos, qui suas operas in seruitute per pecunia quam debebant, domino, dum soluerent, præflarent. Itaque Liu. lib. v i i i. Cui cum se C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dedisset. Curiamq; ipsi futuri arbitri, moderatoresq; publici consiliū, circumstiterunt.] Ver. lectio. Circumstiterē. magis placet. ita enim sit, ut seruetur superior forma dicendi, Dicere, Postulare, Circumstiterē.

- 23 Adeo in alteram causam non collega solum præceperat, sed omnis factio nobilium.] Locus procul dubio mendosus. Rhenanus legit. Adeo ui alteram causam. Quam lectionem non probo. Veteres libri alii steterat, alii, præliterat habent. Quæ lectio suspicionem mihi affert, ne sit legendum, præceperat. nam & sententia congruit. & locutio est Lioio familiaris. sic enim loquitur lib. x x i i i. Quamquam præceps ingenio in iram erat. M. Lectorio.] Lactorius, & Plactorius scribi debet. Quod ex Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis comprobatur.

- 24 Consulum alter.] Ver. lib. Consul alter. Periculum libertatis in creditores à debitoribus uertentur.] Multo melior prisca lectio. V erterat. Quo uerbo sepe utitur Liumus pro suo passio. Ita enim fiet, ut superiori forme respondeat. Viagebatur. Multis, ut erat, horrida & atrox Appii sententia uidebatur. rursus Virginiū, Largiū; exemplo haud salubres, utique Largiū putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret, medium maxime, & moderatum utroque consilium Virginiū habebatur.] Cum hunc locum mendose interanimaduertet Rhenanus homo de T. Lioio optime meritis, hunc in modum demum emendauit, & sepe interpunxit. hoc sensu. Appii atrox sententia uidebatur. Virginiū, Largiū; sententia exemplo haud salubres erant. Lartū sententia totam fidem tollebat. Moderatum erat Virginiū consilium. Non intellexit autem, Virginiū sententiam, si ita legatur, modo probari, modo improbari. Melior igitur lectio est ea, quam ipse in uetustis exemplaribus reperi. quæ est euimodi. Multis, ut erat, horrida, & atrox Appii sententia uidebatur, rursus Virginiū, Largiū; exemplo perniciofa, haud salubrem utique Largiū putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret. Quamquam non Virginiū Largiū; exemplo, legendum est, Sed Virginiū, Vetusiū; . Hi enim hoc anno consules cum cœcendæ plebis causa seuerè delectum haberent, maiorem seditionem fecerunt. Qua de causa ait, Appii sententiam partim atrocem, partim perniciosam esse uisam Virginiū Vetusiū; exemplo; quibus eadem seueritate usis, quæ Appii sententia continebatur, male res cecit. Tollebat autem totam fidem Lartū, quia omnibus satisfieri oportere censebat, ut Appius nemini. M. Valerium dictatorem Volefi filium.] Non est hic M. Valerius Volusi filius, qui paulo ante mortuus est, sed frater eius prænomine Manius. ut Dionysius, & Capitolina fragmenta ostendunt. Quæ res ualde torfit Glareanum. Quare M? Valerium scribe.

- 25 Incerti manere, an abire mallent.] Lege ex Ver. lib. manere eam, an abire mallent. C. Licinius, & L. Albinus.] Hi primi tribuni plebis creati sunt ex Liumi sententia. Porro autem assentior quibusdam libris



pro K. Fabio sit sæpe uisiose, ut sigillatim suo loco ostendam. Itaque antiquam prænominis notam hoc loco restituendam censo. sic paulo post. Cæso Fabius, K. Fabius, L. Valerium consulim dedit. ] Antiqua lectio habet, Consules. & recte, ut & M. Fabium, & L. Valerium consules datos à patribus esse intelligamus.

Cum tribunus. ] Vet. libri. Cum tribunus plebis.

- 18 Q. Fabius inde, & C. Tullius consules. ] Ut supra Tullios pro Iulius esse uisiose monuimus, sic hoc loco Tullius pro Iulius. Quod ex Caisiodoro, & Dionysio intelligi potest, & ex ipsomet etiam Lulio, qui infra C. Iulium decemuirum, sacrum esse cū consularis esset, scribit. Artanam Iannam urbem. ] Legendum puto Ortonam. me in hanc sententiam ducunt cum Lulius ipse, nōm Dionysius. Sic enim est in veteribus libris Lulianis. atque Dionysii ipse, quauquam mendose, tamen ita aperte, ut uelutia uerba scribere infideant, idem scripsisse uidentur. inquit enim hoc in loco *πάλιν ἐπιπέσει κρηίδες αἰρώσιν*. uerbum autem *κρηίδες*, inquit, *ἢ κρηίδων ἰσθμῶν*. Quam urbem uulgati Lulii libri Hortanam uocant, manuscripti Hortozam. Quibus etiam locis illud conici potest, ubique Ortonam esse legendum. Quauquam si aut Dionysium, aut fragmenta quædam, quæ dicuntur esse Catois originum sequimur, Ortonem legendum est. in quibus ita legitur. In Pelagus Curfellum, Orton, & Sulmo. Artanam autem unam statuit Lulius in Volco agro, alteram Cere- num huius az libro quarto extremo. Sp. Licinius tribunus plebis. ] Dionysius in huius annum edit tribunus plebis Sp. Iulium. quauquam mendose est apud eum *αἰσθητος πάλαιος*, pro *ισθμῶν*. Quare & hoc loco ita legendum. mouet enim me maxime gens Iulia ex qua multi per hæc tempora tribuni fuerunt, infestissimi patribus. mouet etiam prænomen Spurius, quod nusquam alias in genere Licinia fuisse reperio, in Iulia autem sepe, ita ut decem abhinc annis Sp. item Iulius tribunus plebis à Lulio memoratur. & in annum cccxli vi tres Iulii tribuni plebis prodantur. sic enim ait Lulius. Auctores fuisse tam liberi populo suffragi Iulios accipio ex familia infestissima patribus, tres in eum annum tribunos plebis creatos. Ad duo simul bella exercitum scribari, Fabio in Venetes, in Aequos Furio datur. Er in Aequos quidem nihil dignum memoria gestum est. Fabio aliquanto plus negotii cum ciuibus, quam cum hostibus fuit. ] Hic locus est, in quo primum Sabellicus, deinde etiam Glareanus ue ualde iactarunt, & Lulium duobus uerbis sui obitum esse contendunt. Mouet enim eos, quod Fabium primum scribit cum Venetibus pugnantem ab exercitu desertum esse, in Aequis à Furio nihil gestum, deinde uero haud ita multo post, contraria suggerit, Fabium nimirum cum Aequis pugnantem fuisse desertum. at eum, Proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine, consensu exercitus traditum ultro uictoriam uicis Aequis. Item. Non magis secum pugnantem, quam pugnantem cum Aequis. omnis autem eiusmodi reprehensio tollitur, si legamus, quemadmodum legitur in antiquo exemplari. Fabio in Aequos, io Venetes Furio datur. Er in Venetibus quidem nihil dignum memorie gestum est. Quod enim opponit Glareanus, Lulium ita, ut uulgata lectio est, scriptum reliquisse, quia idem à Dionysio traditum sit, id mihi ieuissimum esse uidentur. quasi uero nunc primum Lulius à Dionysio in hac historia explicanda differant. Est enim multo magis ferendum, duos inter se disiderare, quo raro conueniunt, quam unum non sibi constare, & duobus uerbis repugnancia dicere.

Tib. Pontificius. ] Cum ante legeretur T. Pontificius, recte Rhenanus emendauit ad uetus codicis fidem Tiberius Pontificius. nam eo prænomine afficit eum etiam Dionysius. Id autem prænomen duabus literis, ut ab antiquis acceptimus, scribebatur. T. Ioum Tib. Sp. Licinio. ] Sp. Iulio. ut dixi. Nouumq; tribunorum aduersus unum moratorem publici com modi ausilio delectum consules habent. ] Mendum est in uoce, Nouum, quam uocem inuexit Rhenanus, cum antea, Nouem, legeretur. neque enim nouem tribunos uni resistere potuisse putauit, quia his temporibus non decem, ut postea, sed quinque tantum tribuni crearentur Lulio ipso auctore. Itaque Nouum, ad uocem, Delectum, referendum censui. Quia lectio nihil esse diuini potest. Ego autem lego libenter, quomodo legi animaduerti in uetusto libro. Quatuorq; tribunorum. præsertim uero cum Dionysius eiusdem edat numerum, inquit, *πένταρσι ἢ ἑπταμύρησι*. lib. ix. Mendis causa ex notis numerorum (ut sæpe sit) orta est. 1v, & 1x. sepe enim x pro v mendose est.

- 19 Præcepta Fabius in uulnus cadit. ] Vet. codices. obliit. Consul mortifero ictu uulnere cadit. ] Vet. lib. Demum consul. Et cum exercitu Cæso missus in ipsorum Aequorum agrum depopulandum transiit. ] Vet. lib. depopulandus transiit. sic lib. 111. Cum populabundus isset. Res proxime formam latrocinii uenerat. ] Vet. lib. proxime in formam. L. Aemilius. ] Rescriptum latru iteram y, in uocibus latris. que nescio quomodo remere inuasit in multa nomina Romanorum, ut in Aemilios, & Pa- piriios. Quod ex græcis, & manuscriptis libris & ex antiquis lapidibus, præsertim Capitolinis, & argenteis nummis percipitur.

- 20 Titusque ager. ] Titusque aspiratione scribitur in tabulis Capitolinis, in ueteribus latinis, & in uulgatis græcis libris. Post acceptam proximam pugna cladem. ] Vet. lib. Proxima pugna. Multiplicans in areo ordinibus. ] Hoc quid uelit, Glareanus homo ingenius proficitur se nescire. est autem sensus. Aciem quo breuiore in spatio cogitur, & orbem colligit, eo plures ordines habere, quo maiore in spatio explicatur, eo pauciores. Quod inopia frumentum quauquam in præcipua, dum ceteros essent, agebat com silia. ] Venus lectio est. quauquam præcipua. Quod placet. ut reddatur tria illa locutio. Agere præcipuam. Q. Confidius, & T. Genucius. ] Ne quis moueat Dionysii lectione uelim, qui *κρηίδων*, pro *κρηίδων* habet. duplicet autem Quintili nomen in tribuno plebis hoc tempore. quia Quintilia gens patricia est. Porro autem Genucius scribit ad fidem græcæ, & Capitolinæ scripturæ. Idem Genucius in Vet. libris non Titus, sed Caius. apud Dionysium modo *ἴσως*, modo *γαιῶς* nominatur. Eam oppressit. ] Vet. lib. Eum oppresserunt. ut sit Q. Confidius, & T. Genucius trib. pl. Menenium oppresserunt. Cum & patres haud minus, quam pro Coriolano amici essent. ] Vet. lib. Pro Coriolano ante amicos essent. L. Cædicio. ] Cædicio scribe. græcorum librorum, & Capitolinorum marmorum auctoritatem sequitur.

**L. FVRIVS** inde, & C. Manlius. ] Dionysius *Ἰουλιανὸν* nominat. cui assensur, est enim idem Manlius, qui paulo post in decemviratu, & à Dionysio, & ab ipso Lino Aulii prænominis afficitur.

**SVDANT**, monet. ] **Vet. lib. Monetiq.** **ITA ANIMVM** nunc iam inducant. ] **Luxur,** & depravatæ voces ita leguntur in antiq. lib. Iam nunc ita in animum inducant. Qui dicendi modus olet undique Luvianam formam.

**CONSILIA** inde non publica, sed in privato, seducta; à plurimum conscientia habere. ] **Vet. lib. Seducta** à plurimum conscientia habere. ut sit dicendi modus ille frequenterisimus, qui Inimicitio profertur.

**MIRARI** primo, quod non descenderet tribunus. ] **Vet. lib. Quid non.** **ADIO QVI** neminem noxiæ poterat. ] **Vet. lib. Noxæ.** **VT ETIAM** infantes facile iuderi uellent, palamq; ferrent. ] **Vet. lectio. Palamq;** ferrent.

**VOLIRONIUM** Publilium de plebe hominem. ] **Volero** prænomen est, ut ait Valerius. Publus item prænomen. Itaque ne duo prænomena coniungantur, Publilium lege, quod plebeie generis nomen est. **Quæ** scriptura extat etiam in Capitolianis fragmentis.

**RES TAMEN** suo ipsa molestis grauis certaminibus in alterum annum extrahitur. ] **Vet. codex plenior.** grauis magis certaminibus, & recte.

**CONSVL** licetorem ad tribunum, priuatum esse clamitans, sine interio, sine magistratu. ] **Hinc** locum, in quo tribunum pl. priuatum, non magistratum esse traditur, ne quem forte Romanæ antiquitatis ignarum perturbaret, uerbis Plutarchi prolatis uisum esse explanare. Ea sunt in libro *Ἰουλιανὸν* in hauc sententiam. **Cur** cum purpura alii magistratus uniuersum, tribunum pl. non uniuersum quia tribunum pl. magistratum non est? neque enim ex sella tribunus dicitur, neque principio anni, ut reliqui magistratus, mouent, neque crebro dicatores se abdicant. uerum omni transito ad Dictatorem imperio ipsi tamen potestatem suam retinent, quasi magistratus non sint. quemadmodum autem translationem iudicium esse rhetores quidam negant, sic tribunatus impedimento potius est magistratus, quam magistratus. Etenim resistere poterat magistratus, & nimum eius licentiam coercere ad eius auctoritatem pertinet.

**TRIBVS NI QVI**, consulere. ] **Nec** prolo. **Har** lect. onem Rhenani, quæ antiquis libris, quos uidi repugnat, sed, tribum, consulereq;

**PISO AVCTOR** est. nominat quoque tribunos, Cn. Siccius, L. Numitorius, M. Duilius, Sp. Scitum, L. Mæcilius. ] **Hos** tribunos nominat Diodorus lib. x. *μάρτυρ δὲ διδόντες, καθ' ἑαυτοὺς ἰδίαν, ἅπαντες ἐπιόντων, ἄλλοις ἑπινοήσαντες.* Scitum igitur Duilius, non Duellum partim graeci, partim Caprolinus nomen est auctoribus. Quamquam Cicero in Oratore Duellum uidentur defendere, inquit enim, ut duellum bellum, sic Duellum, qui Preno classe deuicit Bellum nominauerunt. præterea C. Siccinus, non Cn. Siccius, partim Diodori scriptura notus, partim etiam Lini, qui paulo post C. Siccinum cum M. Duilio tribum in prode.

**De C. autem Scitino**, & Sp. Scitio tribuni plebis supra etiam dicitur est. **VOLSICI** tum Aequiq; inter seditionem Romanam, & bellum coortum iustauerant agros. ] **Hic** locus fixe legebatur ante ita. **Volsicum**, Aequi cumq; inter seditionem. **Quam** lectionem etiam ualde probo, moueor tamen cum in uentis libris omnibus ita lego. **Ex** s. C. Bellum indicium contra Volsicum, Aequumq; qui inter seditionem, & bellum coortum iustauerant agros.

**SE VNICO** consule obiecto. ] **Vet. lect.** **Et** inter consule obiecto.

**QVAM** minore conati, nequaquam tanto patrum superiores impedierunt consules. ] **Vet. libri omnes.** Nequaquam tantæ patrum spe priores impedierunt consules.

**NIC VLLA** in domani poterat, tantum certamen animi imberberant. ] **Vet. lib. Poterat.** **Quo** fit, ut numerus congruat cum eo, qui sequitur, Imberberant. Alij, poterat, & imberberat. **Quod** magis probo.

**VT INCVICTVS** ille odio plebeo animus interdum moueretur, omni nequaquam acerbitate prompta: nihil iam cum ciuibus ageret à centurionibus corruptum exercitum diceret, tribunos plebeos cauillans interdum & Volerones uocaret. ]

**Ex** manuscriptis libris ita interpunge, & lege, Interdum moueretur. **Omni** nequaquam acerbitate prompta nihil iam cum ciuibus agere &c. item paulo post, dicere, item, uocare.

**QUANDO QVIDIM** nihil prætertempus noxæ haurerent. ] **Vet. lib. Rixæ** haurerent. ] **T. AEMILIO.** ] **Legè** **IL** Aemilio ex Dionysio, qui *Ἰουλιανὸν* hunc ubique nominat. Fuisse autem Aemilium familiare hoc prænomen Tiberii facile Capitolinæ tabulæ demonstrare possunt.

**M. DVELLIVS;** & Cn. Siccius. ] **M. Duilius**, ut ante dicit. itemq; C. Siccinus ex uentis libris, atque ex Diodori auctoritate, de quo etiam ante dictum est, lego.

**T. NUMITIVS.** ] **Numicius**, ut Mutius, uidentur e littera esse scribendum. nam graeci *νυμίτιος*.

**CERIONEM** oppidum. ] **Dionysius** non ponit nomen, sed oppidulum maricum uocat. **Vet. lib. Cerionem.** **IN VOLSICIS** respública egregie gesta. ] **Lego**, res egregie gesta. **ex** **Vet. lib.** De quo dicendi genere dicitur infra. Sic etiam lib. 111. Ab altero consule res gesta egregie est.

**CVM CALDIS,** & incendium circa Anienem flumen fecissent. ] **Vet. lib. Incendia.** **INGENS** uis hominum ex omnibus Volsicis, Aequisq; populis in castra uenit. ] **Vox**, populis, abest à **Vet. lib.** neque necessaria est.

**CORNICINES,** tubicinesq; in equos imposuissent. ] **Vet. lib. in equis.** sic libro primo dicitur est. **dextra** in capite imposita.

**DEINDA** ut obtinentes locum uires ferebant, audent ultra gradum inferre. ] **Legè** **ex uentis exemplaribus.** Deinde ut in obtinentes locum.

## IN EPITOMEN LIBRI III.

**AD BELLVM** gerendum missus est. ] **Vet. lib. Ad** id bellum. **CVM MODISTE** se in honore gessissent. ] **Vet. lib. Se** in eo honore.

**CVM COMPLVRA** impotenter fecissent. ] **Ex** uentibus depravatæ antiquæ lectionis, & ex Luvianis uerbis, ita hæc uerba legenda sunt. **Duabus** tabulis ad decem adiectis cum complura impotenter fecissent. ] **IN TERTIVM** annum detinuerunt. ] **Vetus** lectio. Retinuerunt.






CAROLI SIGONII

ur Antium legiones duceret, datim. Cornelius, ut Romæ præfido esset. ] Vet. lib. Cornelio, quo pacto sine controuersia legendum est. **VINNYQVAM** eo subire potuit. ] Vet. lib. Subin. **HAVD** du bio. ] Vet. lib. Hand dubie. **MVLTORVM QVI** tabe mensium. ] Vet. lib. Multorumq; tabe mensium mortuum. **SÆCVM** eum tum, frequentemq; ad signa sine ullo comæatu fuisse. ] Vet. lib. frequentem ad signa.

**L. MINVTIVS** inde, & **L. Nautius** c. n. siles. ] Ego sequitur Dionysii, Diodori, & Capitolino-  
rum lapidum auctoritatem, **C. Nautius** lego. **M. VALERIO** Valerii filio Volusi nepote. ] Supra  
diuos **Marco** Valerios mortuos legimus unum ad lacum Regillum, alterum auggrem in pestilentia. Quorum  
unus pater, alter filius fuit. Qui uero nunc **Quar** flor esse dicitur, is est procul dubio, qui biennio post consul  
in Capitolinis tabulis **Manni** filius, **Volusi** nepos dicitur. Itaque hoc loco lego. **M. Valerio** **M. F. Volusi** ne-  
 QVO statim respublice essent. ] Ver. lib. resp. esset. COMITIA QVÆ eduxit, quibus L. Postumius III abfens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, & Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum eo accurreret, confides crearentur. ] Ver. lib. qui tum magister equitum, & ea accurreret. ] Suipicior legendum, ad ea, ut comitia intelligamus. opponit enim hinc Postumio. ille enim abfens in Gallia, hic cum ad comitia accurrisset, consul est creatus. sic paulo ante. Qui tum Galliam provinciam obtinebat. L. autem Postumius Albinus primum cum Sp. Carulio Maximo, iterum cum Cn. Fulvio Centumalo consul fuerat.

ALIA supra alia commulante in eum annum fortuna. ] Ver. lib. Super aliam. NOVA clades nunciata. ] Huius Postumianæ cladis auctor est etiam Polybius lib. III. extreme. LITANAM Galli uocant. ] Huius filius, & harum insularum meminit etiam Frontinus lib. I. cap. VI. POCVLVM QVÆ idem sacerdotis esse, ac tripliancibus. ] Ver. lib. Sacerdoti. MORSTIITIAE speciem publicæ. ] Ver. lib. Meriticia publicæ speciem.

DVO ne consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibat ratio. Quod cum ita sit. prior est certe ad sententiam emendando Valle, qui pro, ne secundo, legie, nec quomodo. Sequitur enim. Itaque Galliam omni eo anno placuit. P. ET CN. SCIPIONIS inter se partem copias, ut Cn. terra, P. mari, nauibus; rem gereret. ] In Ver. lib. est. partem copias, ut legendum esse uideatur, partem fuisse copias. Ita enim lib. XXIII. Ita inter se munera belli partem fuisse, ut Epicles præsertim cultidior urbis, Hippocrates aduersus confidem Ro. bellum gereret. Nisi malis, Partem copias, & sententia aliquid deesse. ut lib. XXV. opem nam ra ti diuisis bifariam copias, totius simul Hispaniæ amplecti bellū, ita inter se diuiserunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus aduersus Magonem duceret, Cn. Cornelius cum Adrubale bellum gereret. FICERANT iustifrangere motum in Carpetiorum gente. ] Glareanus, iustquam se legisse Carpesios populos ait, itaque Tarefos mauit à Tarefo oppido ad Calpen sito, Carpetiorum tamen ad Iberum meminit Polybius lib. III. & Stephanus ita. ἡ πόλις αὐτῶν ἰσοβαρῶν τῶν ἐπὶ τῶν ἰσθαρίων ἢ ἰσθαρίων. VRBEM Afenam. ] Ver. lib. Afcanam. DIGRESSVS colle. ] degressus; ut alias.

ITA QVÆ duo diuersa prælerant. ] Ver. lib. Ita duo. RECEPTA Petelia Ptenus ad consensum copas traducit. ] Si Consentia in Brutis pro Romanis stabat, profecto non Pselini nisi inter Brutinos in fide Romanorum polli Cannensem eladem mansisse uidentur, quod ante dixit. præsertim uero cum Cosentia Brutiorum metropolis sit, auctore Strabone lib. VI. ITA QVÆ urbe defensoribus uastata facile potius fuit hostes. ] Magna mema est in uoce, uastata, quæ ex præfata lectione delectur, quæ est defensoribus uacua; siquidem opulentissimam olim urbem eò redactam, ut omnis ætatis minus uiginti millia ciuium superessent, scribit. Sic libro quadragesimo secundo, Vacua defensoribus moenia.

SENATVS decreuit, ut Ti. Sempronius consul designatus, cum primum magistratum inisset, ad populum ferret. ] Videndum etiam, anque etiam, quid sit, quod in omnibus uet. lib. legitur, Vt Ti. Sempronius eos. des. cum in bono inisset. Nam qui emendatur, cum primum magistratum inisset, mentem ponit attendisse uidentur auctores, quàm uerba. Valla olim legendum putauit. Cum bono omine ad populum ferret. Quod non probat, quia nullam habet rationem uocis inisset. Ego malim, cum magistratum inisset, sic enim Cicero prima Philip. Vt C. Pansa, A. Hirtius consules designati, cum magistratum inierunt, & Cælius ad Ciceronem. D. L. R. I. C. ut C. Paullus, C. Marcellus, cum magistratum inissent. VT FABIVM diuiniuiri esse iuberent ædus dedicandæ causâ. ] Miror hoc loco neglectam esse Vally correctionem, quæ ueterum librorum auctoritate confirmatur. Vt diuiniuros esse iuberent. miror item prætam esse alteram Glareani; ædium dedicandam causâ. duæ enim erant ædes dedicandæ, quarû causâ diuiniuri creandi erant. Quare paulo post ita loquitur. Interea diuiniuri creati sunt, Q. Fabius Maximus, & T. Otacilius Crastus idibus dedicandæ, Mentis Otacilius, Fabius ueneri Erycinæ. M. AEMILIO Lepido, quibus consilium auguræ; fuerat. ] M. Aemilium Lepidum, & M. Valerium Læuimum bis consules nominat Læuius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Cassiodorum inueniunt nisi semel fuisse. Hinc ego suspicor, ne fuisse fuerint L. Veruio, & C. Lucano consulis. Lepidus II, Læuimum primum. Quosnam autem ea pars in Capitolinis consularibus desideratur, & Cassiodorus eorum tantum consulum, qui primum facti sunt, qui ordinari nominantur, meminit, in neutro horum monumentorum hæc nomina inueniri. Sed de hac re accuratius in Falturno consularium commentariis me enim mouet, quod duo patricii consules comparantur.

C. LICTORIVS, & Ti. Sempronius. ] C. Licorius, & Ti. Sempronius, ut lexpe duo. PRAETORIS QVÆ Fuluius Flaccus. ] Calliga. Prætores Q. Fuluius Flaccus. perspicue. Cæterum consul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, censor cum T. Manlio Torquato. SEX legiones in castra Claudia supra Sueffulam deducere. ] Hinc paulo ante dixit. Claudius à Canusio Calatam petat, auge inde V. l. utriusq; amne traiecit, perq; agrum Sarculanum, Trebianumq; super Sueffulam per montes Nolam peruenit. & paulo post. M. Claudius ad eum exercitum, qui supra Sueffulam Nolæ præsidere, missus. DELA TVM ad populum, ut ciues Romani essent. ] Emendo. Dein latum ad populum. Hæc est enim uisitata in hæc re loquendi forma. & ipse fuisse. Maxime, ut hoc ferretur, moueat. CVI inuenit consularium cum tonnisset, uocati augures usq; creatum uideri responderunt. ] Plutarchus idem in Marcello. ἡψηροτάτος ἔτι τῶν ἀπὸ, καὶ τῶν ἰσθαρίων οὐκ ἔλασον πικραίνον τὸν σπασίον, ἰσθαρίων δὲ καὶ πολλὴν ἐκαστοῦ καὶ διδόνον τὴν οὐρανὸν ἰσθαρίων τῶν ἀπὸ. FABIVS Maximus tertium. ] Primum fuit cum M. Pomponio Mathone. iterum cum Sp. Carulio Maximo. TI. SEMPRONIVS multisibus supra Sueffulam diem ad eoueniendum edixit. ] Idem Sempronius paulo ante diem duabus legionibus urbanis Cales ad conueniendum edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus est missus. nunc Sinuessam ad conueniendum diem edicit uolontibus, & sociorum XXV millibus, quæ sibi forte euenerat. ANTE. calendas Iulias primas. ] Ver. lib. Iunias. Quod pla





mun pecunia in arario esset, is prima solueretur. Hinc ego malim legi. conducerentq; ea lege. **HAB**  
 prator in concione edixit. ] Malim. Hinc prator. sensus est. Hinc, i. ex s. c. prator in concione edixit,  
 qua die que exercitui Hispaniensi prabenda essent, esset locaturus. **VT** que in naues imposuissent, ab ho-  
 stium, tempestatisq; publico periculo essent. ] Suspicio ne uox desit, legendumq; sit. ab hostium, tempe-  
 statisq; in publico periculo tuta essent. postulant enim ut populus Romanus sibi damnum præter, quod à  
 tempestate, & hostibus affertur possit. **HI MORES**, eaq; caritas patris per omnes ordines uelut te-  
 more uno pernebatur. ] Vitianum esse suspicatur hunc locum Glareanus, uo uerbi, Pertinebat, usum, neque  
 intelligi eodem modo locutum etiam Ciceronem esse de natura deorum. Ratio quardam pertinetur per omne  
 rerum naturam. **ILLITURGI** obsidione liberato ad Incubili oppugnandum Punicis exercitum tradu-  
 cti. ] Glareanus legit, Ab Indubili, putatq; iuri nomen esse, eius de quo post sapius Linius, uerum errat. Nā  
 siue Incubili, siue Indubili legas, oppidi nomen est. sic enim Frontin. lib. 1. cap. 111. Cn. Scipio in Hispania  
 aduersus Annoneum ad oppidum Indubili cum animaduertisset Punicam aciem directam. De huiusmodi no-  
 minibus sic Priscianus lib. vi. Iuueniuntur & barbara u, I. Linius uigesimo tertio ab urbe condita. Illiturgi  
 oppidum oppugnabatur.

## IN EPITOMEN LIBRI XXIII.

**SYPHAX** rex Numidarum in amicitiam ascitus contra Massaniam regem Mafesilorum pro Cartha-  
 giniensibus pugnantis uictus. ] Syncera lectio, & sententia huius loci eruitur partim ex ipso Luitio, partim ex  
 ueteribus epitome libri, in quibus ita est. & à Massania rege Mafesilorum pro Carthaginensibus pu-  
 gnante uictus.

## IN LIBRVM XXIII.

**VT** ex Campania in Brutios reditum est, Anno adiutoribus. ] Sic libro priore fere extremo. Annibal  
 ab Nola remisso in Brutios Annoem cum quibus uenerat copis. **DVCIBVS** Brutius Græcas urbes ten-  
 tur. ] Polybius libro tertio omnem fere Magnam Græciam ad Annibalem post Cannensem cladem descen-  
 disse ait. Sunt autem Græcæ urbes Rhegium, Locri, & Croto, quas à Brutio separare uident & hoc loco, & su-  
 pra, cum unus ex Brutio Petelinus in fide Romana mansisse dixit, alioquin & Rhegini, & Locrenses, & Cro-  
 tonæz etiam permanerunt. **INTERIM** Locrenses frumentum. ] Hoc loco Locrenses à Pœnis oppu-  
 gnantur, cum tamen priore libro antequam Anno in Brutios rediret, eos & ad Pœnos descivisse scripserit, &  
 Romanis portas clausisse, neque uero occurrere potest, eos postquam se à Pœnis ad Romanos contulissent, à Pœ-  
 nis intus. neque enim de eis ita hoc loco dicitur. Pœni magis taciti probarent constantem fidem, quam pro-  
 baram ueri uiderent. Quid ergo est? an priore libro rem strictum ut dicitur demoustrat, hic autem pluri-  
 bus uerbis ac consulo exposuit. Idem de Crotona inducendum est, quod oppidum & priore libro captum  
 esse à Brutio excepta arce dixit, & hoc loco repetit. uerum ibi breuiter, hic uero plurimis uerbis. Ita est profecto,  
 ut etiam in principio lib. xxv ostendam. **AB** Annone nihil certi allatum. ] Ver. lib. Ablatum.

**VT** plebes ab optimatum dissentirent. ] Ver. lib. dissentirent. **FIDEM** erga populum R. quin-  
 quaginta annos ab se cultam. ] De Hierone Rege loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem  
 uenit Romanam M. Valerio Maximo. N. Otacilio Crasso consulibus, ut scribit Polybius, à quo anno ad huc  
 numerantur anni **XLIX**. **VIX** quidem utili bono, moderatoq; regi facilis erat fauor apud Syracusanos  
 succedenti tanta caritate Hieronis. ] Ver. lib. Succedendi, ut sit difficilis succedendi fauor. i. nihil difficultis erat,  
 quātm Hieroni regi succedere uo singularem Syracusanorum in eum mortuum caritate. **LEGATI** que  
 ad Annibalem missi, ac remissi ab eo cum Annibale nobilitate adolescentulo Hippocrates, & Epicles nati Car-  
 thagine, sed oriundi ab Syraculis. ] **DVOS** legatos ubique nominat Linius ad Annibalem ab Syracula-  
 nis missos de fide contra Romanos iungendo Hippocrate & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi  
 ab Syraculis, Annibalis adolescentuli tereti legati natiq; meminit nisi hoc loco. Quamobrem probo opinio-  
 nem Henrici Glareani, qui legendum putat, Ac remissi ab eodem Annibale nobiles adolescentuli Hippocrates,  
 & Epicles; ita ut mentio tollatur tereti legati Annibali, & omnia ad imperatorem Annibalem referantur.

**VT** tempora postulabant belli. ] Ver. lib. Vt bellis tempo-  
 ram nullam offerret. ] Ver. lib. Afferrer. **VT** tempora postulabant belli. ] Ver. lib. Vt bellis tempo-  
 ra postulabant. **STANTIBVS** uobis in aciem armatis. ] Ver. lib. In acie. **LACVS** Thrasymene-  
 nus, & Cannæ triste ad recordationem exemplar, ad ad præcauendum simile uiles documento sunt. ] Ver. lib.  
 Viles documento sunt. Quod magis placet. Sic enim inter se hæc respondebunt. T. niste exemplar ad recorda-  
 tionem, uilia documento ad simile præcauendum. **CVM** securibus sibi falcem præferri. ] Mutatur fe in  
 eum animaduerturum, quod secures sibi præferantur, quas nisi extra urbem consilium non præferret.

**PRAETOR** unus relictus Q. Fuluius Flaccus nouum, alii creati T. Otacilius Crassus iterum, Q. Fabius con-  
 sulis quidem. ] Foras labem in his uerbis insidentem nemo adhuc non solum non exemit, sed ne animaduertit  
 quidem. Quid est enim, Relectus nouum? non ne qui nouus iam prætor factus est? certe, ad hoc honos ne-  
 minus unquam habuit est. ne ipsi quidem. Sequamur igitur auctoritatem manuscriptorum libri, in quo est. Prætor  
 unus relictus Q. Fuluius Flaccus, noui alii creati T. Otacilius. Interest autem an aliquis relictus, an nouus  
 fiat. Nam qui relictus, continuat magistratum in annum sequentem. Qui nouus fit, is aut tunc primus, aut certe  
 interposito anno honorem illum rursus capit.

**MAXIMUM** Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum. ] Hi consules fuerunt anno **CDEVII**. Q.  
 L. ii Fabius





inquit. ἀλλ' ἂν τὸ ἰσχυρὰ ἴσως πρὸς αὐτὸς στρατῶν.

ACRAS perſugit. ] ἀφ' ἧς ἀναφανίσθη κίβητος. Stephanus. A DIO uterque populus in Siciliam intentus fuiſſe uideri poterat. ] Quid ſi legas optarar. i. adeo Romanus Prensusq; optarunt uideri in Siciliam intentos eſſe, ut ab Italia in Siciliam uerterent bellum. MVRGANTIA primū. ] Strabo μωργάντων urbem in Sicilia nominat, Stephanus etiam μωργάντων dici ſcribit. AENNA in excello loco. ] Vet. lib. Eumna. item græci οἶνα. PRAESIDIO decedere apud Romanos capitale eſſe, & nec liberorū etiam ſuorum cauſa parentes fanxiſſe. ] Vet. lib. Eam fanxiſſe. ut uideatur eſſe legendum. & nec liberorū etiam ſuorum etiam parentes fanxiſſe. ut cum ait, Eam, legem intelligamus, qua capitale factum erat, praesidio decedere. ita ut ad rem referatur, noui ad uerbum, placet autem, ut de Torquato, qui in filium animaduertit, intelligatur, ut Valla docuit. CAUTE ne quiſquam ex iis ſuperſit. ] Vet. lib. Caute, quiſquam ex iis ſuperſit. SI uitandæ, non ferendæ cauſa. ] Vet. lib. Inferendæ. ] PVGA QVE & cædes omnia tenet. ] Vet. lib. Tenent.

CESSERE inde Romani propius pacata loca. ] Vet. lib. Per prius pacata loca. SAGVNTVM oppidum, quod cauſa belli eſſet, octauum iam annum ſub hoſtium poteſtate eſſe. ] Si primo huius belli anno captum Saguntum eſt, hic autem annus euſdem belli eſt quintus, ut Linius auctor eſt, proſecto pro octauo quintum annum eſt reponendum.

CN. Fulvius Centumalis. ] Vet. lib. & lapid. Capirol. Centumalis. QVOD in Coſſano agro eſt. ] Vet. lib. Compſano. Eſt autem Coſſa Etrurſorum, Compſa Samnitium. PATER pro legatus ad Sueſulam in caſtra uenit. ] Valerius eandem hitoriam recitat lib. 11. cap. 1. ubi eſt Sueſula, pro Sueſulam. ET 15, ut defenderet ex equo, in clamauit. ] Vet. lib. Et utis defenderet. CLASSIVS Altius Arpinas. ] Vet. lib. Clafius Altius Arpinus. recte. ab Arpis enim erat, unde Arpini, non ab Arpino, unde Arpinates dicti. SI SIBI præmiū foret. ] Vet. lib. præmiū. CVM eam tunc temet ad conſilium reuulſit Fabius, aliis pro tranſuga uerberandus, necandusq; uideri. ] Vet. lib. pro, alius, Altius habent, perſpicue uerum. VT proditio pro ſeptem uirali iudicio eſſet. ] Vet. lib. Proditis pelli ſeptem uirali iudicio eſt. AD Faleriorum, Pyrrhiue proditorem. ] Faleries Iudima giſter principum liberos Camillo tradidit, Nicias, uel Timochares ſe ueneno ſublaturum eſſe Pyrrhum Fabricio pollicitus eſt. in utrunque animaduertum eſt. Litius libro quinto, Gellius libro tertio, capite octauo.

ET NON uocentur, documentum autem dicat. ] Vet. lib. Et non noſtium documentum. & hic locus inſanabilis eſt. niſi quæ de ſuo addens diuinare uelit. AB ALTERO prætoro Sempromio Tuditano oppidum Cliternum expugnatum. ] Tuditano Ariminum prouincia obtigerat. Itaque pro Cliterno, repono Aternum, quæ uox eſt in ueteribus libris, & Strabo lib. v. Aternum oppidum eſſe ait cum ſumme euſdem nominis Piceno uicinum. Cliternum collocat Ptolemæus in Sabiis.

SYPHAX erat rex Numidarum. ] Hunc eundem Maſſefulorum regem fuiſſe ſcribit lib. xxviii. his uerbis, Syphacem primum regem ſtatuit tentare. Maſſefulorum iſt rex erat. & lib. xxiix. Maſſefulorumq; ſines (id Syphacis regnum erat.) Egreſſe. erant enim Maſſafuli, & Maſſyli Numidia populi. ut eſt apud Dionyſium de ſitu orbis.

Ἰσὸς δ' ἐπὶ τῷ νομάδων πῆματι εἶναι ἔκαστα φησὶ. οὗτοι μὲν γὰρ ἐπιλοιπὸν καὶ ἀγρότοιμοι μασσυλῶν ἐβασίλευσαν. Et Appianus in Libyco. νομάδων δὲ τῶν ἐν λιβύῳ διακρίων μὲν τῶν κατὰ μέγαν ποταμὸν οὐφὰς δὲ καθὼς ἀπέναντος καὶ πρὸς αὐτὸν πρὸς τῶν ἄλλων ἐπιφοιτῶν. Quid autem Maſſaniſam Maſſefulorum item regem uocat, mendose, pro Maſſylorū, uocat. ſi quidam in hoc libro haud ita multo poſt ait. Galam Maſſaniſæ patrē in altera parte Numidæ (Maſſylia ea gens uocatur) regnaſſe. & Appianus in Libyco ait. μασσυλιανὸν δ' αὐτὸν γένος ἀλιανῶν παῖδα ἦν βασιλεὺς μασσυλιανῶν. De Maſſafulis autem ſic Stephanus. μασσυλιὰ χεῖρα λιβύης πρὸς τὴν τῆς μαυροσίαν. τὸ ἐπιτοκὶ μασσυλιανῶν καὶ μασσυλιανῶν, καὶ μασσυλιανῶν. De Maſſylis autem ſic. μασσυλιὰν λιβυτικὸν γένος. παλινοὺς οὐ ἐξ ἑδῆμου μασσυλιανῶν αὐτῶν φησὶ. Et Euſtathius in Dionyſium. μασσυλιανὸν δὲ παλινοῦς μασσυλιανῶν γένος. Hoc autem ita eſſe tum demum credidi, cum ueteribus libris Litiuanis, & epitomarum diligenter inſpectis Maſſefulos Syphaci, Maſſylios Maſſaniſæ aperte attribui uidi. Cuius rei notum implicitur miſis, quom ſoluit Clareanus. CVM duobus Romanis relata Numida, legatosq; in Hiſpaniam miſit. ] Vet. lib. Relata, Numidasq; legatos; ut præter Romanos legatos, quos remiſit, Numidas & ipſum miſiſſe intelligamus. AD CAPIENDAM fidem ab imperatoribus Romanis. ] Vet. lib. Ad accipiendam.

MASSYLA ea gens uocatur. ] Vet. lib. Maſſylia. MANSANISSAM. ] Maſſaniſam, græci enim μασσυλιανῶν, Vet. lib. Maſſaniſſa. SYPHAX cum paucis equitibus in Maurufios ex caie Numidas (extremi prope oceanum aduerſus Gades colunt.) reſugit. ] Legendum puto, Numidis. quaſi cum paucis equitibus Numidis reſugerit. Hoc facio, ne Maurufios in Numidia reponamus. Quo nihil eſſe poteſt ineptus.

IN EPITOMEN LIBRI XXV.

ANNIBAL urbem Tarentum præter arcem per Tarentinos iuuenes, qui ſe noctu uenatum ire ſimulauerant, cepit. ] In Vet. lib. eſt. Præter arcem, in quam præſidium Romanorum ſugerat, per Tarentinos &c. IN INSDIAS ductus. ] Vet. lib. Deductus. CONFLEXIT acie cum Annibale, qui cum exercitu eum cecidit. ] Vet. lib. Conflixit cum Annibale, & cum exercitu cæſus eſt. AD TRIGINTA ſeptem millia caſa ex mille octingentis. præda ingens capta. ] Emenda ex uet. lib. Eripſo met Litiuo. Ad mille octingentos triginta capti, præda ingens parta.











quit, regressus ipse in hiberna. ] Polyb. κείβρα δ' ερησιν κρηται της πάλαι, κείβρα μὲν της διακίμας, και πὴν εἰς τὸ εἰγίος και τὸν θηροχίς χείμας. και τὸ λοιπὸν τὴ χειμῶνος οὐκ αὐθι διακίβρα μὲν και χείμα.

IN M. Aemilii pratoris urbis. ] Iam bis admonui priore anno A. Atilium prætorem urbanum fuisse. non M. Aemilium, qui ad Lukerium cum exercitu fuit. Quare & hic M. Atilii pratoris urbane, legendum.

6x huius Marci duobus carminibus alterius postea aucta declarata auctoritas euentu, alteri quoque, cuius nondum tempus uenerat, allerebat fidem. ] Valla sic legit, alterius post rem actam editi cum rato auctoritas euentu. at ex fide antiqui exemplaris ita legendum. alterius post ea acta editi certo auctoritas euentu. quoniam malim. post acta. Duo enim Marci uatis carmina erant, inquit, quorum priore Cannensis clades iam accepta prædicta erat, posteriore Ponorum fugatio ex ludis Apollini deo uouendis. Factum est autem, ut auctoritas prioris uerfus, qui post acta editus fuerat ex certo rei euentu comparata fidem quoque aliter, qui autem rem editus erat, attulerit. 115 fiat efca caro tua. ] Vet. lib. Fluat. ego, fiat. Festus. Suam firm, uel fiam. Vergil. Tros, Rutilusue fuat. uerbum antiquum est. hæc autem carmina redeolent antiquitatem. DIO ME

DIS Arguii canq. os. ] Strabo, lib. v. 1. λέγει δὲ ἀφορτὴν διομήδους ἕλμα. και τὸ πηδοι, και ἄλλ' αὐτὰ δὲ καὶ τὸ διαμέδου τοῦ ἑσῆς δις τὸν οἶον διουκείας σημαί. HOSTES Romani si expellere uultis. ] Hic totus locus tractatur uerbis à Macrobio libro primo Satur. Quo in loco legitur. Hostem Romani si ex agro pellere uultis. QVI quotannis comiter Apollini fiant. ] Vet. lib. & Macro. communiter. quod est sumptibus populi, & pratorum, ut se exponens subdit. PRIVATI uti conferant pro se suisq. ]

Malm, Pro te quisque. 115 Iudis faciendis. ] Vet. lib. & Macro. His ludis. NAM is dius extinguit. ] Vet. lib. & Macro. is diuus. FERVELLES uestros, qui uestros campos pacet pacide. ]

Vet. lib. & Macro. falcunt. AD ID cæmen ex lauandum unum dem fumperunt. ] Facit Macrobius, ut patem mendum esse in uoce, Explandum. inquit enim, Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus diuinis esset impensus. puto autem apud Luuam legendum esse, Expiandum. Est enim idem Expiare, quod Procurare. Eadem macula multos etiam Ciceronis locos fixauit, à nemine, quod sciam, adhuc notatos. Nam in oratione de reſi onſi. Religionis explanatio uel ab uno Pontifice perito recte fieri potest. ubi legendum est, Expiatio. Nam in eadem ait, Expiatio religionem adium mearum, & in Philippica prima. Ut inexpiables religiones in Republicam inducerentur. Item in eadem de responsis, cum ait. Portentorum explanationes Etruscorum disciplina contineri uoluerunt, Expiationes, restituendum. Et enim Valerius, qui uisum fere uerbis eundem locum libro primo, capite primo tractat, ait. Portentorum depulsas Etrusque discipuli in expl. cari uoluerunt. Ac uereor etiam, ne cum Cicero ait de Diuin. lib. 11. Si ea dii nobis obiciunt, quoru neque scientiam, neque explanationem habeamus: legendum sit, expiationem. SACRA græco ritu facerent, usq; hostis. ] Ex Macro. legendum. huic hostis. LVDOS prator in Circo Maximo cum facturus esset, edixit. ] Prator erat urbanus P. Cornelius Sulla, idemq; ludos Apollinæ hos ludos, qui deinde solennes pratorum urbanorum fuerunt, primus fecit. Eundem Decemuirum uocat Macro. sic. Bello Punico secundo ludis Apollinæ ex libris Sibyllinis primus fuit institutus suadente Cornelio Rufio decemuiro, qui propterea Sibylla cognominatus est, & postea corrupto nomine primus Sylla cepit uocari. Hinc etiam Velleius lib. 1. L. Cornelium Sullam (sic enim est in lap. Cap. non Syllam) Dictatorē, lectum esse à P. Cornelio Ruſino, qui Pyrrhi bello floruit, ait. Quod ita esse cum diurna Romanarum familiarum obseruatione comparatum, placuit etiam hoc loco subtexere.

P. Cornelius Rufinus. Dictator. 421.

1 P. Cornelius Rufinus. cos. 462. 475. Dict. 476. bello Pyrrhi floruit.

31 P. Cornelius Rufinus. de quo nihil comperi.

111 P. Cornelius Rufinus. præt. 538. Sibylla, post Sulla dictus. Macrobius.

1111 P. Cornelius Sulla. præt. 564.

Ser. Cornelius Sulla legatus in Maced. 583.

v L. Cornelius Sulla. de quo nihil.

v1 L. Cornelius L. F. P. N. Sulla. cos. 662. 671. Dict. 668. Sextus à Cornelio Rufino. Vell. lapid. Capitol.

Ser. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Sulla, Faustus. Præd.

Fausta Cornelia.

P. Cornel. Sulla. cos. abdic. 585. pro quo Cicero.

Ser. Cornelius Sulla.

Hi Seruii Sullæ Dictatoris fratris filii dicuntur à Sallustio in coniuratione Pisonis.

1D PRO cetera fecordia, negligentiaq; à Campanis actum. Nam paulo plus cccc uehicula missa, & pauca præterea iumenta.] **Ver. lib. quadraginta, habeat, non quadringenta. quod ad fecordiam Campanorum demonstrandam magis ualet. de qua caligant ab Annone sunt. atque ita profecto legendum. ALIA produci.]** **Ver. lib. Prodrum.**

**COLLEGAM** quoque, & exercitum eius se accituum, totumq; eò uersuros bellum. ] **Ver. lib. uersurum.** **MANIPULARES** sui; primum transcendentes fossam, dein legio tua sequuta est.] **Ver. lib. Primum transcendentes fossam.** **CAPTA** itaque momento temporis, uelut in plano sita, nec permunita castra.] Paulo ante negauit Peronorum castra in plano esse, cum dixit. Tantum pauoris iniecerunt, ut si in plano castra posita essent, haud dubie primo impetu capì ponerint. altitudo loci, & monumenta defendere. Nunc ait, Ea castra momento capta, & atque si in plano sita, nec permunita fuissent. Itaque non sibi repugnat. **ITA QVE** Metapontini exemplo meti, quo tenebantur, liberati, ad Annibalem defendere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt.] Anno dxxxiiii post Cannensem cladē acceptam, ad Penos Thurinorum omnem ferre oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonenses, Locrosq; defecisse scripti lib. xxxi. Quod dixi ita intelligendum esse, ut non ita eos defecisse accipiamus, sed frequentibus deinceps annis, ut cuiq; populo facultas oblata est. Nam Locrenses, Crotonensesq; defecerunt anno dxxxv. Nunc demum uero anno dxxxviii Tarentini, & Metapontini, Thurini, & Consentini priore anno à Penos ad Romanos rederunt, ut initio huius libri dixit. ergo Thurini iterum hoc anno defecit ad Penos. Itaque quoniam mirabile uideri potest, eosdem quotannis defecere, neque suspicant eorum, à quibus semel defecerat, fidem haberis; in altero horum locorum mendum esse suspicor, duosq; populos esse Terinatos, & Thurinos, supra autem, Terinatos, & Consentinos, hoc loco, Metapontini & Thurini legendum. Nam & Strabo, & Plinius Consentinas Terinam, Ptolemæus Thurini Metapontum adiecit. De Terina quidem Brutiorum urbe ab Annibale hoc bello euerfa, quod se eam iteri posse desperaret, Strabo libro sexto.

**M. ATINIVS** Thurinus cum modico præsidio præerat.] **Ver. lib. Thurini. Recte.** Thuria enim etiam dicitur. **ATINIVS** tamen cum paucis recepit.] **Ver. lib. Cum paucis se recepit. malim tamen. Recepit. à Thurinis enim primum receptus, post ad naues deductum Atinum ait.** **QVOD** urbi tam propinqua tertium annum impunita defecio esset.] Capua defecit anno dxxxiiii. Ex quo apparet, cum, tertium annum, dixit, integros annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin, **Quin tuum, erat scribendum.** **AD EXTA,** sacrificio perpetrato, angus duo.] De eodem prodigio Valerius cap. de prodigijs. **INTENTIVS** exta referata feruarentur.] **Ver. lib. Referata feruarentur.**

**FIDE QVI** ab eo accepta, si Romanum si imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, deducit Pernum in locum pacis Gracchum adducturus.] Puto legendum esse, si Romanum sibi imperatorem. in uet. enim lib. Saep̄ est si pro sibi, quod impertiti eius scripturæ fecerunt, is. Cæterum uerba libi. Deducit Pernum in locum pacis, deprauata sunt ualde. **Ver. lib. Deducit Pernum.** Hinc haec ego lectionem elicio. Fideiq; ab eo accepta, si Romanum sibi imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, dein edit, quem sit in locum cum paucis Gracchum adducturus. Valerius libro primo, Gracchus hospitiis infidus in eum locum deductus, in quo Peronorum dux Mago cum armata manu delinerat. Haec tamen locum, quousque melior lectio inueniatur, signandum esse asterisco puro.

**AD C. CORNELIVM** quxilorem.] Ipsi Gracchi imperatoris. **TVM** Badius progressus ante latrones. Haec totam rem alius tamen uerbis expressit Valerius cap. de humanitate. **ITA QVE** equestris prælium erat.] **Ver. lib. Ita equestris prælium erat.**

**PYGNATVM** tamen utin nulla pari re diuis amplius horas, concitata etiam donec dux stetit Romana acie.] Huius lectionis auctor fuit Laurentius Valla, cum antea legeretur. Pugnatum tamen ut in nulla parte dualis amplius horis concitata donec dux stetit Romanam aciem. Ex quibus uerbis melior, & sententia aptior lectio mihi uidetur elici posse, quam quæ a Valla collecta est, hoc modo. pugnatum tamen duabus amplius horis ut in nullam partem concitata, donec dux stetit, Romana acie. Sic loquitur etiam lib. xxxvii. pugnatum amplius duabus horis est, cedere inde cæpere, & lib. xlii. pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes. Sensus est. Quousquam pugna haud dubius euentus erat, quod & imperator, & exercitus apud Romanos deterior multo erat, pugnatum est tamen per duas amplius horas ita egregie, ut in nullam partem Romana acies inclinarè possit, donec dux eorum stetit, postquam autem cecidit, fusa est extemplo Rōmana acies. **CASLINVM** frumentum conuenerunt, ad Vulturum ostium, ubi nunc urbs est, castellum communiatum (ante Fabius Maximus munerat) præsidium impositum; ] Quod dicit, Vbi nunc urbs est, non est, quod desiderari quicquam putet Glareanus. Vulturinum enim oppidum indiget, quod ad ipsum Vulturum fluminis ostium fuit: ut Strabo lib. v. tradit. duo autem maritima castella hoc loco nominat. Vulturinum, quod in ore fluminis, & Caslinum, quod ad flumen ipsum Vulturum fuit. Quod autem inquit, Vulturinum ante à Fabio Maximo communiatum fuisse, <sup>notat, ut in q̄q; dicitur</sup> intelligendum est. non enim supra Vulturinum, sed Puteolos communiatos esse à Fabio scripti libro quarto. Tria autem fuisse castella hoc bello communiata, Vulturinum, Caslinum, Puteolos, ipse paulo post tradit. ita. Ap. Claudius consul D. Iunio ad ostiū Vulturini, M. Aurelio Cotta Puteolos præposito, ipse Capuam regressus Q. Fuluium collegam inuenit Caslino omnia comportantem, molentemq; ad oppugnandam Capuam. **QVOD QVE** Mutus prator ex Etruria coemerat.] **Ver. lib. Alii Minucius, alii Mutinus habent. Ego. M. Iunius.** Est enim M. Iunius Silianus is, cui Tullii (ut supra diximus) exuerunt. neque enim Minucius ullus per hæc tempora prator fuit, & Q. Mucius tricensio ante in Sardiniam, non in Etruria fuit, & nunc in eadem prouincia prorogato imperio erat. Error natus est ex M. Iunius, Iunius, Minucius, Mucius. **CIRCA** Herdonea Romanæ legiones, & prator Fuluius erat.] **Sunt** Androna, dixit, ut puto, per mendū. dum de Q. Fabio pratore Apuliz loque-



tuſ Eademſ hoſtes claudas, mutilaſq; naues, apertis nauibus remno trahentes. **QVI** inter praſidia Romau fuerat. ] **Ver. lib. Intra.** **SI** quidem tertium annum circumſedere Syracuſas, non ne populis reſeruatam ciuitatem haberet, ſed ne transfugarum duces, captam & oppreſſam tenerent. ] **Emenda ad inſula** **Ver. lib.** Non ne populus R. fuerim ciuitatem haberet. **Erroris cauſa nota eſt.** **CVM** multa irx, multa inuidia, auariciaq; ſexda exempla ederentur. ] **Vox, inuidia, uacat.** neque tam ueteres habent libri. neque ſena ſus poſtular. ſic ergo lege. cum multa irx, multa auaricia ſexda exempla. **ARCHIMEDI** memoria pro ditum eſt. ] **Mulca huius caſus recitat ſententiaſ Plutarchus, quarum una contentus fuit Lilius.**

**ET** quocunq; occurriſſet loco. ] occurriſſet. **Ex Ver. lib. de Indibili enim loquitur.** **CVM** obuiſ **119** **hoſtibus mancu conſeruit.** ] **Ver. lib. Manum.** **DVRES** Perri. ] **Aſdrubal** Griſonis, & **Mago,** contra quos **P. Scipio** ierat. **NIſI** deſunſto ſuo fratre bello. ] **Ver. lib. Niſi deſunſto fratre ſuo bello.** **Vox** **ce** **ter,** ſuo, cum bello iungenda eſt, non cum fratre. **NVNC** ab tergo, nunc in latera concurrentes. ] **Ver. lib. Incurſantes.** ſic paulo poſt. **Imperuſ incurſantium Numidarū.** **CIRCUMſPECTARE,** atque ſpectare dux cepit. ] **Ver. lib. Ac cogitare.** **NIſI** moliri onera obieſta, nec cadere ſub patas creſtilis. ] **Moliri** dictum pro amoliri, ut poſt. **Amoliri** obieſta onera. porro autem, cadere, legendū, & poſt. **Fores** nulla mo liri poterunt. **IN** propinquam caſtris turrim. ] **Appianuſ** in **Hiſpania,** **Cn. Scipionem** cum focia in turri incluſum crematum fuiſſe ſcribit.

**ANN**o ſepſimo poſtquam in **Hiſpaniam** uenerat **Cn. Scipio.** ] **Venit** in **Hiſpaniam** **Cn. Scipio** **Ti.** **120** **Longo** **P. Scipione** conſulibus, ut ait **Liliuſ** lib. **xxi.** **Ne** nuda auxiliuſ **Romanuſ** **Hiſpania** eſſet, quam prouinciam fortituſ erat, **Cn. Scipionem** fratrem cum maxima parte copiarum aduerſuſ **Aſdrubalem** miſit. **Ab** iſſo autem anno ad hunc ſex anni numerantur, non octo, ut eſt in **Ver. lib.** nec ſeptem, ut emendat **Glareanuſ.** **Nam** in hoc loco quilibet genere primuſ annuſ non numeratur, ut poſt lege dicam. ſic paulo poſt. **Inuiſtoſ** per octo annuſ militeſ ſuoſ. **lego,** ſeptem, tot enim ſunt, ſi primuſ numeretur. **PRIMUſ** dederat. ] **Pau** **lo** ante, prior. **Eſt** autem accipiendum **Priorem** ad fratrem referri, **Primum** ad omneſ. **Primuſ** enim omnium **Romanorum** in **Hiſpaniam** uenit **Cn. Scipio.** **CVM** delenſ exercituſ, amiſſiq; **Hiſpania** uiderentur, ut unuſ reſ perdituſ reſtauit. ] **Ver. lib. Vir** unuſ haſ reſtauit. ut ad **Hiſpaniam** reſeretur. **L. MARTIUS** **Septimiuſ** filiuluſ. ] **Hic** alio loco **L. Martiuſ** **Septimiuſ** dicitur. **Ex** quo puto legendū, **L. Martiuſ** **Septimiuſ** filiuluſ. **partim** quia ita quidam lib. nec habent, partim ut cognomen familiae ſit. **Quomodo** dictum eſt, **Q. Fabiuſ** **Maximuſ** filiuluſ. **IPſO** imitante, & increpante **Marcio.** ] **Ver. lib. Ipſo** milente, & increpante **Marcio** **Q.** ut duobuſ contrariuſ remediſ moeroreſ militum ſultuſſe **Marcium** intellegimus, modo conſolando, modo increpando. **Sic** etiam lib. **xxvi.** **Milium** animoſ nunc conſolando, nunc caſtigando ſedat. **AD** **hac** tot iam nec opinata. ] **Legi,** tot, iam nec opinata. **Vt** unuſ enim latini, nec opinatuſ, pro inopinato. **Liliuſ** autem omnium maxime. **Cicero** pro **Planco.** **Tu** me ignaro, nec opinante, inſicio. **Res** non eget exempliſ paulo poſt. ad nec opinatum multum. **NA** tamen ſubita reſ, & nocturnuſ error etiamnum ſuſe for tunz conſiliuſ perturbaret. ] **Ver. lib. Nocturnuſ** terror. **SID** in rebus aſperis, & reuolubis fortituſſima quaeque conſilia tuſiſſima ſunt. ] **Voces,** & tenuibuſ, uacant. **Ex** **Ver. lib. & ex** ſentia. **AD** id, quod ne timeatur, fortuna facit, minime tuſi ſunt homineſ. ] **Ver. lib. Minime** cauſi ſunt homineſ, ideſt, non cauent ho mineſ ea pericula, quae fortunae beneficio non uidentur eſſe ſtimenda.

**NI** quicquam mox omiſſam queratuſ. ] **Ver. lib. QUERAT.** **HIC** terror in fugam auerit **121** **omneſ.** ] **Ver. lib. Verit.** **ITA** nocte, & die. ] **Ver. lib. Atque** ita nocte, & die. **AVCTOR** eſt **Claudiuſ,** qui **Annales** **Aſicianoſ** ex graeco in latinuſ ſermonem uertit. ] **Ver. lib. Ex** graeco ſermonem uertit. **C. Aciliuſ** graeci ſcriptoriſ meminit **Plutarchuſ** in **Romulo,** **Dionyſiuſ** lib. **ii.** **Cicero** de **Officiuſ** lib. **iii.** **Claudiuſ** eum eſſe puto, qui **Clodiuſ** **Licinuſ** a **Liliuſ** dicitur lib. **xxix.** **Aliuſ** **Q.** **Claudiuſ** **Quadriganuſ** fuit, cuiuſ & ipſe ſaepe meminit. **SEPTIM** miſſa caſa hoſtium. ] **Ver. lib. Septem** miſſa ferme caſa hoſtium.

**FLAMMAM** ei concionanti ſuſam eſ capite. ] **De** eadem **flamma** **Valeriuſ** capite de prodigiis. **QVAE** poſtremo in **Romanoſ** deoſ. ] **Signa,** tabulaſq;, & ſpolia **Siculuſ** uſ intelligit. **LIBIPHOLNICVM** **generiſ** **Hiſpanioſeſ** (**Mutinem** populareſ uocabant. ] **Hiſpanioſeſ** non eſt propriuſ uniuſ nomen, ſed patrie, ideſt ab **Hippone** urbe **Libyae,** ut enim i **Crotone,** **Crotonaſeſ,** ſic ab **Hippone** **Hiſpanioſeſ.** **Viri** autem nomen eſſe cenſet **Glareanuſ.** **Ceterum** **Padianuſ** in **Piſon.** ex **Vatro** tradit, huiſ **Munni,** quod in **Sicilia** cum equitatu ſuo tranſierat ad **Romanoſ** ciuitatem duram, zedeſq; & pecuniam ex zerrario. **HERACLIAM** **Minoam.** ] **Minoz** urbiſ **Siculae** meminit **Stephanuſ.** **DEGENEREM** **Afrum.** ] quia **Libyphenicium** **generiſ** erat. **NI** ab ſuo ipſi equiſ oppugnarentur. ] **Ver. lib. Ne** ab ſuo & ipſiſ. **CENTIMALVM** **Cenurimaluſ.** ex lap. **Capitol.** **L. CORNELIUS** **Lenuſ,** **Corneliuſ** **Cetheguſ.** ] **Ver. lib. M. Corne** **liuſ** **Cetheguſ.** **Sic** enim poſt **Liliuſ.** **Sic** tabulae **Capitolinae** in conſulatuſ eiuiſ. **SVEPTICO** **Gallia,** **Ce** **thego** **Apulia.** ] **Emendo.** **Sulpicio** **Apulia,** **Cethego** **Sicilia.** **Hic** eſt enim **M. Corneliuſ** **Cetheguſ,** de quo poſt ait. **Id** enim **M. Cornelio** mandatum, ut ubi ei uiderentur, urbeſ eiſ, agrumq; in **Sicilia** aſſignaret. & poſt. **Inter** haec difficultateſ **M. Corneliuſ** praetor. **Item,** **Ex** **Sicilia** exercituſ, cui **M. Corneliuſ** praeeſſet, ubi conſul in prouinciam ueniſſet, dimiſiſ iuſſuſ. **Quibuſ** ex lociſ ſaniſ probatur **Siciliam** **Cornelio** **Cethego,** non **Apuliam** obſiſſe. **Neque** uero procedat, quod **Glareanuſ** aſſert, hunc eſſe **P. Corneliuſ** **Lenuſ**uſ, qui praetoreſ in **Sicilia** eſſet. **Nam** **Sicilia** per haec tempora duplex prouincia erat. una qua uetus prouincia erat, quam **P. Corne** **liuſ** in praetura fortituſ haeret, altera, qua regnum **Hieronuſ** parebat, quam poſt **M. Marcelluſ** **M. hic** **Corneliuſ** **Cetheguſ** obtinuit. **Itaque** lib. ſeq. de **Sulpicio** ubi loquitur, ita emendo. **C. Sulpicio,** cui **Apulia** enierat.









cere.] Sicut, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad Marcellum referendum est. **DEPRICARI** fenatus praviudicium.] Senius precari ne permutatio prouincie à fenatu permiffa fibi in contumeliam ferret.

**RAPIENTE** fero Marcellū ad Annibalem.] Hoc ait, quia post v. cōfūlatu Marcellus ab Annibale interfectus est. **EXCEDERE** rēpo.] Curiam intelligit, nam fenatus non nisi sacro haberi loco poterat. Inde paulo post. Reducit uo curiam legatus. **SI AB inferis euolat.]** Vet. lib. Si ab inferis. **IN FIDEM,** & clientelam, se, urbemq; Syraculas acciperet.] Vet. lib. Reciperet. **POST** hæc consul dementer appellatus eos dimisit.] Ptoarchus qui totam hanc eandem historiam narrat, hoc sic exprimit. Ἰμπεριον δὴ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἰννύβητα, καὶ τὸν Ἰννύβητα ἐκπαρῆναι αὐτὸν πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀναστῆναι.

**QUI** omnibus gerendis rebus affuerant.] Vet. lib. Interfuerant. **MORTVVS** enim post captam

Claudius consul erat.] Legendum, proconsule, quod eo anno, quo Capua capta est, P. Sulpicius, & Cn. Fulvius consules fuerant. **Q. ANIM** Fulvius, & Ap. Claudius ad Capuam cum proconsulari imperio. Itaque paulo post ait. Fulvius proconsul, consul, pro eo qui consulare gerat imperium, ut paulo post. In consilio arator non fuisse cōsūlūm Capua capta.

**IDQVE** & apud maiores nostros factum est in Sutriniis, cum descenderet.] Vet. lib. In Satricanis. & recte. Satricanos ad Samnites descende anno ab v. c.

**CDXXXIII** tradit Lilius lib. 1. x. De Sutriniis autem (sic enim legendum esset) oñis est traditum.

**QVOD** fenatus maxima pars iubeat, qui assidens, id uolumus, iubemusq;] Solennia hæc uerba esse uidentur, quibus plebs in fenatus consilio comprobando utebatur. Vet. lib. Qui assidens. **EXTRA** filias, quæ ou

psissent priuigium in populi R. potestatem uenissent.] Vet. lib. Enupsissent. egerge. quasi quæ è paterna domo in marit transissent, ut enim Innubere est in mariti domum transire, sic Enubere patris domo exire.

lilium lib. 1. Ea cum innupsisset, & lib. x. Virginiam quod è patribus enupsi sset, sacris arcuerant.

**TANTVS** fremitus hominum, tanta indignatio fuit.] Vet. lib. Tantiq; indignatio fuit. **TACTA** Ho

stes incendisse feruos agricolites rempublicam adduxisse, nunc ad militiam paruo ære emendo, nunc remiges imperando.] Integra lectio (siquidem ex hac nullus sensus percipitur) est in uet. lib. feruos agricolites populi Romani abducos. Quamquam suspicor etiam, ne pro, populi R. legendum sit, prouocatus. Est enim lapsus (irridixi) quotidianus. Querela autem plebis hæc est, quæ suas calat anates aperit, & ait tecta ab hostibus incensa, feruos, qui agros colebant à pratoribus abducos partem ad milit. am paruo ære emendo, partem

remiges imperando. Intelligit autem eos, qui post Cannensem pugnam à T. Graccho pro cons. armati fuerant.

Itaque lib. xxxiiii ait L. Valerius loquens de hac re & tempore, ita. Serui, quibus arma darentur, ita ut precium pro eis bello perfectò dominis solueretur, emebantur. Glareanus hoc loco hæret.

**SPATIVM** deinde his tribuere fe, dareq; ad cogitandum dixerunt.] Nemo hunc locum mendose esse animaduertisset, nisi nesciret libi id docuissent, in quibus est. Spatium deinde tridui se dare ad cogitandum dixerunt. Est enim uerisimile certum dierum spatium esse datum.

**AVRVM**, argentum, æs signatum.] Quia fæde uicinis hic locus multis in partibus est, ipsum, quomodo legendum esse cenfeo, recitabo, deinde, cur ita legam, exponā.

Loquitur ita L. uincius consul de ratione auri, argenti; in publicum conferendi. Aurum, argentum, æs signatum omnino fenatores crastina die in publicum conferamus, ita ut annulos sit i quibusq; & coniugi, & liberis, & filio bullas, & quibus uxor filiq; ne sunt uncias pondo relinquar auri, argenti; qui curulis sella fæderuot equi ornamenta, & libras pondo, ut salinum, patellamq; deorum causi habere possint. Cæteri fenatores libram at

gem tantum, æris signati quinae millia in singulos patres familiarum relinquamus. Ex eiusmodi uerbo rum inter-

punctione, & lectione factis commode sensum colligi puro, qui ex uulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem aurea legebantur. Singulas uncias auri pondo relinquunt, argenti, qui sella. Inueni in uet. lib. legi. Singulas uncias pondo relinquat auri, argenti, ita ut aliud deinceps sequatur membrum. Qui sella curuli fæderuot, u sibi

relinquant equi ornamenta, & libras pondo auri, argenti, ita ut salinum, patellamq; habere possint. Cæteri fenatores nihil auri sibi relinquunt, ac libram argenti tantum. Porro autem, æris signati quinquæ millia in singulos patres familiarum relinquamus. Quod autem ait. Vncias pondo auri, & libras pondo. recte ait. Sic enim lo-

quebantur antiqui, cum libra ponderalem, oco mensuralem significabant, ut Plinius in Pseudulo. Eo la-

serpiciu libram pondo diluunt, & in Rudente. Neque piscium libram unam iam habere poodo cepi. & Lilius hoc libro paulo post. Patere aureæ fuerunt cclxxvii librales ferme omnes pondo, & libro quarto. Coronam auream libras pondo. Itaque lib. xxxiiii de hoc decreto sic scripsum est. Cautum erat, quo opus ua

ri, & argenti facti, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus. Hic locus torfit Vallam, & Glareanū.

**CASTRVM** omne aurum argentum.] Cæterum nomen est, non aduerbium, intelligit enim reliquum aurum, argenteum; in publicum couferendum, præter id, quod sibi quisque ex fenatus auctoritate reliquit.

Itaque accensus tollendus est. **PUBLICA** prodendo tua nequiqua serues.] Vet. lib. Perdendo. uere.

**DASIVS**, & Blasius.] Vet. lib. Blasius. Valerius Max. libro tertio, cap. quarto, Blasium, ubi de eadem re agit, uocat. Quæ eadē scriptura est in uenitissimō, quem apud ingeniosissimum, humanissimumq;

Io. Baptistam Pignam legi, libro est. **BLASIVS** de prodicioe Dasium appellabat.] Hoc ite exponit Valerius.

**BLASIVS** uultu dissimulante, ac uoce summissa moore Dasium cepit, ut Romano-

potius, quam Carthaginiensium partes foueret. **VY PRAESIDIVM** Punicum (hū autem Numidae erant) Salapiq; traderetur Marcello.] Solet in eiusmodi re Lilius ouerum eorum, qui sunt in præsidio nominare. Quare oco dubito quin uox, hū, mendose sit, pro, d, nam quingentos fuisse Numidas, qui traditi Marcello à Blasio sunt eodem loco Valerius scribit, qui cætera à Lilio mutauit est. Hoc autem tan-

to uerius puto, quod subdit. Nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium uini uenerunt.

**PRAEFECTVS** QVE prædidi, atque arci M. Lilius.] Supra nomen (in dixi) huius præfeti recitauit, quem C. Lilius Polybius nominauit. **A VELIA** & Pello.] Vet. lib. & à Pello. **VT AD** com-

ponenda arma menta, expeditūm; remigem, ac militem ad imminens certamen facis temporis esset.] Adde uocem

















scipio. Na qui sit Argellus capus quere merito Glareanus. T. QUINTIVS consul. ] Vet. lib. T. Quintius Crispinus consul. DICTO L. Manlio Torquato. ] T. Manlio. est enim is, cuius scripsit ante meminat. C. SERVILIUM (tum ædilis curulis erat) dixit. ] Vet. lib. C. Serulium, qui tum ædilis curulis erat, docit. M. AEMILIVS prætor urbanus. C. Flaminius. ] M. Aemilius Regillum, qui post fuit flamen Quirinalis, fuisse puro. EX consulari populi iudicio damnatus. ] Quod prædam Illyricam maligne distulit. ut ante dixi. IN fenatam venire. ] Non legerant eam in fenatam, sed auctore ei iuravit, ut in fenatam veniret, non tanquam fenator, sed tanquam pediculus. nam sequitur. Sed tum quoque aut verbo assensetur, aut pedibus in sententia ibat. Ex is enim erat, quibus vis erat in fenatu temporaria d. cere, non tamen fenatores erant. Gellius.

QVIA duos patricios creari non liceret. ] Per hæc tempora omne quæ duo patricii consules comparati, duo vero plebei in collegio Gracchi, & Marcelli comparati sunt. M. FVRIVM. ] Camillus. de quo lib. v. L. PORTIVM Licinium. ] L. Porcius Licinus ex Cap. lap. C. MANLIVS. ] C. Mamilius. Sic enim vet. lib. plerique. Caius certe non est prænomen Manhorum. Hunc puro esse C. Mamium Virulum de quo supra.

ET PRÆSCISCERE. ] Vet. lib. ET PRÆSCIRE. INIMICITIAE autem nobiles inter eos erant. ] 249

Vet. lib. Inimicitia ante nobiles inter eos. De his inimicitias, & de reditu in gratiam etiam Valerius, QVAM Alpbubus appropinquare fama erat. ] Vet. lib. Quem iam Alpbubus. L. AQUILIVS PARSUS augur creatus. ] Vet. lib. Præfectus Aquilius Parsus. meo dicit certe, sed ita ut ex observatione diuturna eiusmodi mendum uestigia veritas elicias. Serpe enim est, præfectus, pro Publio, in manuscriptis. Itaque legende dum puro. P. Aelius Parsus. Primum enim cognomen Parsi, non erat Aquiliorum, sed Aeliorum, deinde hic est P. Aelius Parsus, qui ovis firaugur, & anno D LXXXIX augur apud eundem Livium moritur, lib. XLII.

AB Q. MANLIO, & M. CÆLIO. ] Lege ab Q. Manlio, ut infra probabitur. C. MANLIO Sicilia. ] C. Mamilio, ut ante. ITA per pronuncias diuisa, binæ consulum essent. ] Vet. lib. Vrbanæ, CLIVVM Publicicum. Vet. lib. Clivum publicum. ut lib. xxx. Annus insignis incendio ingenti,

quo civis publicus ad solum excaustus est. & lib. x xvi. Quos cum ex arce, Capitolioque; clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent. VT SINVESSARE biennio ante. ] Supra hoc eodem libro.

AB LIVIO poeta. ] Livius Andronicus, Livius à Livio Salmatore, ut ait, Eusebius, appellans. SONVM equos pulvi pedum modulantes. ] à. Νόστυ, καὶ πούλυς. ut ait Aristoteles in Poetica. ANXVRAS. ] Taracius. A SVPERO mari Seneosis. ] Seneosis à Sena colonia urbe ad Adriam eel, non à Senis Etruræ. EARVM coloriarum iuniores iure iurando adacti supra dies triginta non pernociaturos extra mœnia colonie fuz. ] Vet. lib. Non habent uocem, dies, & pro, triginta, habent, quadraginta, sensu multo præstantior. Iuniores cuiusque colonie ultra quadraginta non pernociaturos extra mœnia colonie fuz. eadem sententia est lib. x xvi. Ne ut uno tempore quinque fenatores ab urbe Roma, absissent.

NE EMERGERET ex uratis, atque obvium fratri ire posset. ] Vet. lib. Emergere. DVO millia de legionibus milium. ] Vet. lib. Ad duo millia. PRÆCIPITASSET Romana 150 Refp. ] Vet. lib. Præcipitasset resp. SECUNDA in Italia. ] Vet. lib. Multa secunda in Italia. T. CLAUDIVM Afellum. ] Vet. lib. Ti. Claudium Afellum.

MARRVCINVM, Ferentinum. ] Vet. lib. Ferentanum. Supra ostendit legendum esse, Ferentanum. 151 FLEXIT in Picenû. ] Lut in Picenû tenderet. Q. TATIO legato. ] Vet. lib. Q. Catio. quod probro. supra enim Q. Catiun quoque ædilem curulem nominavit. BIENNIO ante, cum castra punicæ obiecta Romanis transibus, portusque; fuerant. ] Quadriennio, legendum esset, nisi extremos annos omisos esse intellexeremus. id enim factum est anno D XXXIX.

SINE imperio, sine auspicio. ] quia imperium, auspiciunq; consulis erat, qui discesserat. GEMINA victoria insignem. ] P. & Co. Cornelius interfectus in Hispania. CONCITATIS ad arma Gallicia. ] Vet. lib. Er concitans ad arma HAVD cum ignoto duce C. Nerone. ] Hac de rescriptis lib. priore. FLAGITARE precibus, ut, quæ. ] Vet. lib. Flagitare precibus, quod placet. est enim geosus dicendi Livio familiare. NOCTE clam ingredi uisum est. ] Vet. lib. Melius uisum est.

TESSERA per castra ab Livio consule data erat, ut tribunum tribus, centurio centurionè, eques equitem, pedes pedem acciperet. ] Sic lib. vii. Vigiliis deinde dispositis cæteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundæ uigiliae buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se conuenerint. Polybius item de tessera, quam Iulij, & ante Iulij uocat, lib. v. i. agit, id est, de signo nocturni excubis dando. Nâ Livius his locis pro quoocumque signo accipere tesseram videtur. AD SENAM. ] Coloioam. de qua supra. Vnde in Bruto, Salmatorem ait Cicero Senesi prælio ludos uouisse.

STRIGIOSIOS equos. ] Sic Front. lib. i. cap. ii. VT adire onucius non posset, præ cunctantibus, uociferantibusq; ] Vet. lib. Quos legi omnes, ut dicitur nuncius non posset, trahereturq; à percunctantibus. INDI traducti in concioem legati. ] Vet. lib. Introducti in concioem. Hæc ego. Inde producti. Est enim hæc consuetudo Ianni fermionis, ut cum non omnibus pateret adus uel in fenatum, uel in concioem, & magistratibus tamen, quoru iudis erat, in curiam quendam introduci, ad populum uero (sic enim loquebantur) produci posset. Sic lib. vii. Legati introducti in fenatam maxime in hanc sententiam locuti sunt. & lib. xxviii. Tum Saguntinorum legatos in fenatum introduxit. & paulo post. Legatos deinde cæteræ in fenatum introduxit. & hoc libro. Mandat consulis, ut eos quoque ad populum producerent. Item. Productus in concioem Lælius eadem disensit. & lib. xl. i. Eum cum in fenatu litigasset introductis, in concioem quoque produceret. Cicero post reditum ad Quirines. Deinde omnes, qui uestris maxime beneficiis, honoribusq; sunt ornati, producti ad uos ab eodem. & ad Art. lib. i. Q. Fufius in concioem producit Pompeium.

L. VITVRIVS literis recitatis omnia, quæ acta erant exposuit. ] Vet. lib. Plinius omnia. egregie. TAM supplicationem C. Hostibus prætor concione









**FRYSIAS** rex Bithyniæ omnium humillimorum fautor, atque uisiorum. ] **Ver. lib. Omniumque humillimorum uisiorum. ut regem etiam uisiorum intelligamus. Humilitas eius, & imbecillitas animi cognita est, cum raro capite cum pileo Legatus Romanus obuius se populi Romani libertum esse dixit.** **HABEBAT** alium filium. ] **Ver. lib. Alterum filium.** **CAPVT** mulps cicatricibus sparsum. ] **Ver. lib. Farsum. i. repletum. Huius rei meminit Plutarchus in priore Catone, & Appianus in Mithridatis.** **GENVERIT** unum filium. ] **Ver. lib. Et laeta oratio feruit, ut legatur. filium genuerit.** **INTER** tres liberos. ] **Ver. lib. Inter tres liberos eius.** **ARBITRIO** Scipionis. ] **Ver. lib. Arbitro Scipione.** **SVASIT** cum equitatu suo ad Romanos transire. ] **Ver. lib. Persuasit, ut cum equitatu suo ad Romanos transfret. Egregie. Transisse enim eum scribit Appianus.** **PHANIAL]** Phaniæ legendum. **q. regis enim vocat Appianus in Libyco. Item. Ver. lib. Suidas. q. regis.** **QVONIAM** per x annos consulere fieri minime licebat. ] **Ver. lib. Quoniam per annos consulere fieri non licebat. Recte. Lex. n. de decem annis erat, ut quinquaginta annos consul recesseretur, de qua supra in Fabio Rulliano diximus. Hic autem legem annuam intelligit à L. Villo Annali latam, qua cauebatur, nequis nisi anno atans XLIII capere consulatum posset. ut supra diximus. Scipio uero anno, quo factus est primum consul annum agebat xxxvii.** **REPVGNANS** vsq; aliquantulum patribus. ] **Ver. lib. Aliquando.** **M. AEMILIVS** nonnullas urbes circumpositas Carthagini expugnauit. ] **Nullum M. Aemilium Carthaginem missum belli generis causa accepimus. Itaque non dubitamus, quin hic sit, M. Manilius, qui consul primum, post autem prorogato imperio pro consule id bellum gessit per biennium, cui deinde Scipio consul anno tertio successit. Valerius quidem M. Manilium Africam pro consule obtinuisse scribit. Orofius Teragam urbem expugnatam, & direptam à Manilio ait.** **VICTVS**, captus; relicta Macedonia. ] **Ver. lib. Recepta Macedonia. Recte. Nam quæ bello Persico pars erat, eadem hoc bello amissa fuerat.**

IN EPITOMEN LIB. LI.

**CARTHAGO** uiginti tria millia quidem passuum in circuitu labore maximo obfessa. ] **Quanto rectior est prisca lectio? Carthago in circuitu mille xxiiii passus patens, magno labore obfessa.** **CVI** extra sortem provincia Africa data est. ] **Ver. lib. Data erat.** **CONTRACTA** exiugo tempore ampla classe. ] **Ver. lib. Contracta clam exiugo tempore. optime. Id enim Appianus, & Strabo, & reliqui factum esse tradiderunt.** **AD** Nefenam oppidum. ] **Quis unquam alias ante adiuu in Africa non longe à Carthagine esse oppidum nomine Nefeniam? Nepherim quidem esse & Strabo, & Appianus prodit, ubi uterque de hoc bello loquitur, atque hoc etiam nomen est in uetustis epitomarum libris. Ut omnino, Nepherim, sit legendum.** **MINIME** impetrare potuerat. ] **Ver. lib. Impetrare non potuerat.** **LV DOS** fecit, transfugas. ] **Ver. lib. Transfugasque.**

IN EPITOMEN LIB. LII.

**BOEOTIOS.** ] **Ver. lib. Boeotos. Sic graeci. Coeotis. & Boeotos.** **IN** cuius locum Dracus. ] **Ver. lib. Dracus, legendum Drusus. Sic enim Paulan. in Achaicus. Drusus à epiob. gien. dicitur.** **LEGATI** Romanorum. ] **Ver. lib. Romani.** **IPSE** L. Mummius. ] **Ver. lib. Ipse Mummius.** **P. CORNELIVS** Africanus Scipio Aemilianus. ] **P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus.** **A DIODORO** quodam. ] **Ver. lib. à Diodoro.**

IN EPITOMEN LIB. LIII.

**EXPVGNATIS** multis urbibus. ] **Ver. lib. Aliquot urbibus.** **C. IULIVS** senator graece res Romanas scripsit. ] **Ver. lib. scribit.** **A. L. Tremellio** quæstore cum exercitu casus est. ] **Cum imperio prætorio tamen esse debuit.**

IN EPITOMEN LIB. IIII.

**CENSA** sunt ciuium capita ccccxxviii millia. ] **Ver. lib. habet ccccxxviii. Recte. Neque enim**

enim pars est, cum priore lustro censa sint **CCCLXXXIII** millia, & insequenti **CCXXXIII**, hoc anno **CCCLXXXIII** esse censa. **DE Iunio Syllano.**] **Ver. lib. De D. Iunio Silano.** **AB** exercitu eius multum imploratos, & nobilissime tumularis. ] **Ver. lib. Comploratus.** Quod uerbum est in mortuo proprio, inquit enim **Linius de Terquino mortuo.** Ex comploratione in regia orta. & **lib. xxv.** ut non modo lacrymis, iustisq; comploratu persequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepellirent. ] **Ver. lib. Et per quatuordecim.**

## IN EPITOMEN LIB. LV.

**CVI** cognomen Serapion fuit. ] Serapio, ut **Caro, Cicero, Dio.** Nam **Priscianus** ait, quæ nomina apud **græcos** in **oi** terminantur, ea à latinis finiri in **o**. Adde tato certius fieri, quoties casum gignendi edunt in **Onis**, non in **Onis.** ut **Serapio Serapionis.** **CURIATIO.**] **Curatio,** ex **græcis**, ut ante. **QVIA** non impetrarunt. ] **Ver. lib. Impetrarent.** **IN** carcerem mitti. ] **Ver. lib. Duci.** **OPPIDVM QVÆ.**] **Ver. lib. Et oppidum.** **IRRITAM** censuerat. ] **Ver. lib. Irritam fieri censuerat.** **FVSVS,** fugatusq;. ] **Ver. lib. Fugatusq; est.** **PVLLI** ex cauea euolauerunt. ] **Ver. lib. Auolauerunt.** **CONSIDENTI** deinde nauim. ] **Ver. lib. Deinde nauim.** **MANCINO** auspicia tritibus fuisse probatum est. ] **Ver. lib. Quæ auspicia tritibus fuisse euentu probatum est.** **ET** sic ut transgredierentur perulsit. ] **Ver. lib. Transgredierentur milites perulsit.** **DIODORO.**] **Ver. lib. Diodoro, item Tripho, non Triphon.** **CORRVPPTIS** quidem medicis. ] **Quidem, abeît à uet. lib.**

## IN EPITOMEN LIB. LVI.

**M. CAESONIVS.**] **Ver. lib. M. Cosconius.** **QVEM** cum ille capere ob legem, quæ uetabat quem quam intra decem annos iterum consulere fieri licere, minime uellet. **Hic** multa fœda sunt, quæ tamen ope antiquorum ualde hoc tempore perturbauit. **Est** igitur hæc lex lata paulo ante hæc cæpta **Catone** uiuente, cuius fia-for ipse fuit **Quo,** Nequis iterum consul fieret. **Priscianus** enim **lib. III.** profert exemplum ex oratione **Catonis,** quæ inscribatur. **Ut** quis iterum consul fiat. **idemq; Felsus** in uoce **Pauimentæ.** **Sunt** enim multæ leges de consulari accipiendo late. **Vna,** nequis intra **X** annos, consul reficiatur, quæ, ut supra diximus, tenuit **Fabius.** **Altera,** ne **adimis,** & præritæ prætereat, qua solutus est. **Tertia,** quæ annos atque constituebat, qua solutus est **Aemilianus** in priore consulari. **Quarta,** Nequis iterum consul fiat, qua impediatur **Aemilianus,** ne fecundum caperet consularum. **Quinta,** ne quis absens consul fieret, quæ post **Marius** solutus est. **Quarta** tamen legem post tacito consensu ciuitatis abrogatam esse arbitror. **Ex** his legibus prima, & secunda à **Sulla** Dictatore relatæ sunt, auctore **Appiano.** **CVIUS** belli. ] **Ver. lib. Huius belli.** **CLEON** quo que. ] **Cleo, ut ante.** **SAEPENVMERO** gesserunt. ] **Sæpe, ex uet. lib.**

## IN EPITOMEN LIB. LVII.

**GENEROSISSIMAM** militiæ disciplinam. ] **Ver. lib. Seuerissimam.** **A CASTRIS** reiecit. ] **Ver. lib. Eiecit.** **MILITEM** omni die in opere habuit. ] **Ver. lib. Militem quotidie.** **FRYMENTVM** ad septenos uallos ferre. ] **Ac septenos, ex Uet. lib.** **CVM** gladio recte uallare feceris. ] **Ver. lib. Cum gladio te uallare.** **ALI** nimirum parum habiliter scutum amplius iusto ferre iussit, quoniam melius scuto, quam gladio uteretur. ] **Omnis** dicti huius uenustas perit, sita legamus, **Militi** autem uidetur ita esse legendum. **Ali** nimis habiliter paruum scutum tenuit. **Sensus** autem est perspicuus. **Cum** paruum quidam scutum cum summa agilitate ferret, amplissimum eum ferre scutum **Scipio** iussit, ne scuto agilis, quam gladio uteretur. **Scutum** enim tegendi sui, gladius lædendi alteram causam parans est, noceri autem hostibus **Scipio** cupiebat. **QVONIAM** melius. ] **Ver. lib. Quando id est, quando quidem.** **ET** extraneus, uirgines cecidit. ] **Ver. lib. sustulit.** **Quod** placet. **Cicero** enim in **Philippicis** ait, **Fustianum** meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt. **Ut** fuste aliquis cæderetur docet eleganter **Polybius lib. vi.** **IVMENTA** quidem omnia, ne nocerentur militem. ] **MULTOTIENS** contra hostium eruptiones feliciter pugnaui. ] **Ver. lib. sæpe aduersus irruptiones hostium.** **ET** oppressos fame uideret urgeri, hostes qui pabulatum exierant uerui interimi. ] **Dispunge** ita, oppressos fame uideret urgeri hostes, inde, **Qui pabulatum.** **54** plures quidem fuissent. ] **Dele, quidem, ex uet. lib.**

## IN EPITOMEN LIBRI LVIII.

**NE** quis ex agro publico plus quam decem iugera possideret. ] **Plutarchus** in **Graccho,** & **Appianus** **lib. i.** quingenta iugera produunt, qui numerus probabilior est. **Error** inde forte manauit, quod qui descripsit hunc locum is **D,** decem, non, ut faciendum erat, **Quingenta,** interpretatus est. **ET** fratrem **Gracchum.** ] **Ver. lib. Et fratrem Caionum.** **ET** idem omnino trunauit. ] **Ominino, non est in uet. lib.** **OSTEN-**





DEPREHENSVM, & iudicatum sit.] Vet. lib. Vindicatum sit.

## IN EPITOMEN LIBRI LXIII.

IDQUE etiam Calpurnius.] Vet. lib. Idque Calpurnius. AD indicandum consiliorum auctores.] Vet. lib. Ad indicandos auctores consiliorum suorum. ET propter eadem admittam in regulum quendam nomine Malsium, qui regnum eius populo Ro. iniussu appetebat, interfectum, Romæ cum periclitaretur.] Ita legendum est, ut omnia uno periodo continentur, usque ad verbum illud, Romæ cum periclitaretur. Ita legendum est, ut omnia uno periodo continentur, usque ad verbum illud, Romæ cum periclitaretur. præterea legendum, Romæ interfectum; cum periclitaretur. ex vet. lib. & ex Sallustio. DISCIDENS urbe.] Vet. lib. Cedens. A POSTUMIUS legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto confusus, pacemq; etiam multum ignominiosam adiecit, quam quidè minime esse seruandam senatus censuit.] Ger maniam sic demum retineat lectionem. A. Postumius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto, pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse seruandam senatus censuit. Exiit enim nescio quis malus auctor lazare orationis formandæ, qui in his Epitomis describendis de suo inculcauit particulas, Minime, Quidem, Multam, Omnino, quæ non sunt in vet. lib. nisi raro, & apte positæ.

## IN EPITOMEN LIB. LXV.

ET VNIVERSAM Numidiam iustavit.] Vet. lib. Totamq; Numidiam. FELICITER quidem pugnavit.] Vet. lib. Prosperè pugnavit.

## IN EPITOMEN LIB. LXVII.

AURELIUS Scaurus legatus.] Vet. lib. M. Aurelius. VINCI minime posse.] Vet. lib. Non posse. AB isdem hostibus C. Manlius, & Q. Cæpio proconsules uicti prælio castrisq; binis exuti sunt.] Restitue ita. M. Manlius consul, & Q. Cæpio proconsul uicti prælio castrisque quoque binis exuti sunt. In Manlio uariant scriptorum libri. Alii eum C. alii Cn. Manlium, alii M. Manlium uocant, quemadmodum in plerisque manuscriptis est, & in impresis Eutropii, Taciti, & Sallustii. Itaque M. Manlium legendum puto, ut filius sit eius, qui bello Punico tertio cum Censorino consul fuit. In uetere Epitomarum exemplari, est. Manlius consul, & Q. Cæpio proconsul. egregie. Nam Q. Cæpio, & consul ante Manlium, & prorogato imperio cum consule Manlio proconsul cum Cimbris rem gessit, ut ait Orofius. CAEPIONIS, cuius temeritate clades accepta erat, damnata boua publicata sunt, primoq; post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. Primum illud dico, Imperium regi Tarquino non esse abrogatum, sed exilio multatum, ne in urbe esset. deinde uero addo alios ante Cæpionem imperio spoliatos fuisse, ut Tarquinium Collatinum, & L. Minucium Augurinum, & M. Claudium Gliciam, quorum illi coacti sunt abdicare se consulatu, hic Dictatura. Quare non est dubium, quin legendum sit, ut est in uetere libro. Damnata boua publicata sunt primi post regem Tarquinium. imperiumq; ei abrogatum est. IN CARCERE necatus.] Veteres libri, Necatus est.

CONTINVATVS per complures annos nauisstratus est.] Vet. lib. Consularus est. Est enim factus II. IIII consul cum abisset. Hæc est autem Quinta lex. Ne quis absens capere consulatum possit, qui solutus est Marius. Itaque Cæsar post omisit triumphum ex Hispania ulteriore, ut præfens pereret consulatum. CIRCA Rhodanum, & Pyrenæum.] Vet. lib. Inter Rhodanum, & Pyrenæum. BELLICOSIS quidem se Thestonis.] Vet. lib. Bellicosus se Thestonis.

## IN EPITOMEN LIB. XVIII.

ANTONIUS prætor in Sicilia maritimos prædones persecutus est.] Emenda ad fidem vet. lib. M. Antonius prætor in Ciliciam. eadem menda est apud Obsequentem, ubi scriptum est. Prætor à Romanis in Sicilia delictos esse, cum sit legendum. Cilicia. Nam ut scribit Plutarchus in Pompeio, Cilicia arx fuit hoc tempore piratarum. ob eamq; causam post in Cilicia bellum gessit P. Seruilius, qui Istanus inde appellatus est. Adde quod M. Antonius apud Ciceronem libro primo de Oratore pro consule se in Ciliciam uenisse ait. Antonium porro cum piratis rem gessisse tradit Plutarchus in Pompeio. DONEC Cimbròs uinceret.] Vet. lib. Donec & Cimbròs uinceret.

ET ad flumen Athefim castellum edzum infederat.] Florus Athefim Veneticæ flumen agnoscit. at Plutarchus in Mario à *assio* uocat, atque in regione ferre Vercelesii, in qua post pugnam esse tradit, itauit. Idemq; scribit in Apophthegmatis. Ibi ueteres etiam Ansim habent. VBI uirtute sua explicita fugientem proconsulem, exercitumq; profecutus.] Vet. lib. Cum uirtute sua explicita. Quamquam sensu admonente, Explicio, lego. Quod est, obfisione quasi Caruli liberaei. IN QVO cæli traduntur hominum centum quadraginta milia.] Vet. lib. Hostium. Idem autem numerus traditur fere ab Orofio, & Plutarcho, & Floro. quamquam Flori locus mendose legitur sic. In patentiſſimo, quem Caudium uocant campo, procurere. autem deinde ad XL ceciderunt. Hinc campus tertio per omnem diem conciditur barbaris. In ueteribus autem libris recte sic. In patentiſſimo quem Caudium uocant campo, concurrere. milia inde centum

CAROLI SIGONII

quadraginta ceciderunt, hinc tertio minus, per tonam diem concidit barbarus. TOTIVS civitatis con-  
sensu receptus. ] *Ver. lib. Exceptus. QVI aliquantulum &c. invidenter. ]* *Ver. lib. Aliquandiu.*  
P. MALLEOLVS. ] *Ver. lib. Publicus Malleolus. Recte. ita enim & Orosius - & certe Malleolum*  
*Publici generis cognomen fuisse Capitolini consules ostendunt. BELLA præterea inter Syriæ reges con-*  
*tinet. ]* *Ver. lib. Inter Syriæ reges gesta continet.*

IN EPITOMEN LIBRI LXXIX.

CN. APULCIUS. ] *L. Appuleius. & vet. lib. & omnes scriptores. NYMIDICO, eò quod in*  
*eam nomine iurasset. ]* *Ver. lib. Quod in eam non iuraverat. SEXTVM quidem consularem. ]* *Qui-*  
*dem, iacet. iet. lib. CANDIDATVM consularis petrorem. ]* *Ver. lib. Candidatum consularis. sic*  
*lib. ciii. Eoq; consularis candidato conspiratio facta est. & lib. cvii. T. Annio Milone candidato consularis.*  
A. NYMIO competore. ] *Hunc sines Plutarchus, ad Nymium Appianus uocant ille in Mario, hic*  
*lib. i. At Valerius lib. ix. cap. vii. Orosius lib. Nummum, præsertim in manuscriptis libris. nam vulgati*  
*habent Mummium. Itaque nihil ausus sum mutare. BELLO quodam interfectus est. ]* *Loquitur de*  
*Saturnino, quem, ut omnes tradunt, Rabirius interfecit. Itaque, à Rabirio quodam, legendum est. Sic enim &*  
*is, qui de iuris illustribus scripsit. Caput eius Rabirius quidam fenator per conuiuium in ludibrium circumtulit.*  
M. AQUILLIVS consul in Sicilia. ] *M. Aquilius proconsul. scribendum. Huic enim uocat Plutar-*  
*chus in Mario. præterea in Appianus. Filium huic esse arbitror M. Aquilius M. P.*  
*M. N. qui de Asia triumphauit. ut est in Capitolinis triumphis, quem Appianus lib. i. præterea quoque nominat.*

IN EPITOMEN LIBRI LXX.

CVM M. Aquillius. ] *M. Aquilius. ut dixi. DIDIVS proconsulis. ]* *Ver. lib. T. Didius.*  
P. RVTILIVS, qui legatus C. Marii proconsulis à publicanorum iniurijs Asiam defenderat. ] *Le-*  
*ge, Q. Mucii proconsulis. neque enim C. Marius obtinuit Asiam, sed Q. Mucius Scauola. ut Prædianus in*  
*Diuinatione. Q. Mucii Scauola quæstor Rurilius condemnatus, quod cum prætor confenserit suo, ne pu-*  
*blicani aliquid agerent in prouincia sua. CVI cognomen Apionis fuit. ]* *Cui cognomen Apionis*  
*fuit. ut lib. C. GEMINIVS prætor contra Thracas infeliciter pugnavit. ]* *Ver. lib. C. Sennio. Quod*  
*probrat, ex Orosio qui scribit. Isdem temporibus Rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Græciam*  
*ingressus cunctos Macedoniz fines depopulatus est, tandemq; à C. Sennio prætoris superatus redire in suam*  
*regnum coactus est. Apparet etiam ex Orosio, Felicitè hoc loco, non, Infeliciter esse legendum.*

IN EPITOMEN LIBRI LXXII.

INITIO belli à Picentibus moto. ] *Ver. lib. Otto. ESERNIA. ]* *Aesernia. græci.*  
AVXILIA demum. ] *Ver. lib. Auxilia deinde.*

IN EPITOMEN LIBRI LXXIII.

L. CAESAR consul. ] *Ver. lib. L. Iulius Cæsar consul. QVI interemptus est. ]* *Ver. lib. Qui*  
*ab iis interemptus est. MELIORI quidem euentu. ]* *Quidem redundat. ex ut. lib. PELIGNOS*  
*fudit. ]* *Ver. lib. Pelignos prælio fudit. HIRNIO Asiatio. ]* *Ver. lib. Hirno Asiatio.*

IN EPITOMEN LIBRI LXXXIII.

ALIA QVI magistratuum ornamenta insignia sumpta sunt. ] *Ver. lib. Aliaq; magistratuum insignia*  
*sumpta sunt. AVRELIVS Plotius legatus. ]* *Ver. lib. A. Plotius. A. SEMPRONIUS Afel-*  
*lus. ]* *Scribe, Afellio. sic enim Appianus lib. primo. Valerius lib. ix. cap. vii. Fuit autem Afellio Sempro-*  
*niorum cognomen. Quod Historicus ille æqualis Scipionis Aemiliani natis: Qui apud Ciceronem primo de*  
*legibus, Afelio, mendose dicitur, ubi Lattos Historicos numerat.*

IN EPITOMEN LIBRI LXXV.

A. POSTVMIVS legatus in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicio legatus cum clasi præf-  
feti infamis crimine proditoris ab exercitu suo interfectus est. ] *In his uerbis est insignis mendam. Inculcata*  
*enim multa uerba sunt ex epitome sequentis libri, eaq; à Gabino ad Postulium translati, quar autem ad Po-*  
*stumium pertinebant, ea Sulpicio siue causa tributa sunt. sic igitur lege ex uterum librorum fide. A. Postu-*  
*mius Albinus legatus, cum clasi præfesset, infamis crimine proditoris ab exercitu suo interfectus est. Reliqua*  
*autem dele. Hæc ipsa A. Postumio euentu tradit etiam Orosius lib. v. Postumius Albinus ut consularis tunc*  
*L. Sullæ legatus intolerabili superbia omnium in se militum odia cum suscitasset, lapidibus occisus est. & V3-*  
*berius lib. ix. cap. viii. A. Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium consummatione cuius eximius*  
*propter fallas, & uanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrutus est. QVIS QVAM ante. ]*  
*Ver. lib. Quisquam alius ante.*

## IN EPITOMEN LIBRI LXXVI.

**CÆSIS** à Mamerco Aemilio legato Italici. ] Vet.lib. Cæsis & à Mamerco Aemilio legato Italici.  
**INCURSIONES** Thracum in Macedoniam continet. ] Vet.lib. Incurfiones Thracum in Macedoniam populationesq; continet.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXVII.

**OCCLUSIO** QVE Pompeii confufi filio. ] Sensus docet legendum esse. Occifio Q. Pompeio confufi filio. Paulo ante enim patris confufi meminit. ] Ex quo duodecim. ] Ex qua, legendum ad uocem enim Factionem, pertinet. ] **VI** præmium promiffi iudici haberet. ] Vet.lib. Præmium promiffum. **AD** capiendum à Cn. Pompeio proconfule exercitum. ] Vet.lib. Ad accipiendum.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXIX.

**CORNELIUS** Cinna. ] Vet.lib. L. Cornelius Cinna. **CVM** perniciofas leges per uim ferret. ] Vet. lib. Per uim, atque arma ferret. **PVLVS** urbe à Cn. Octauius collega cum Sexto tribunus plebis. ] Melior lectio est manuscriptorum librorum, cum VI. tribunus plebis, id est. Cnm sex tribunus plebis. Hoc probatur, quia feribit Appianus maiorem tribunorum partem Octauius aduerfatos esse. In illi demum *uoluntate non uoluit ut iudicet uoluntate iudicet* ] **VI** Imperio; abrogato. Sic epitome CXI. Abrogato magistratu pulfus urbe. ] Vet.lib. Imperio; abrogato. Sic epitome CXI. Abrogato magistratu pulfus urbe. **MORTVVM** Spoliaret. ] Vet.lib. Spoliaret occifum.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXX.

**QVI** foli arma recipiebant. ] Vet. lib. Retinebant. **PLAUCIUS**. ] Vet.lib. Plautius. **IA** **NICVLVM** occupauerunt. ] Vet.lib. Oppugnauerunt. Occupaffe tamen ait Appianus. Itaque nihil mirum. **ANTIUM** quidem. Item. Nulli omnino spes. ] Tolle quidem, & omnino. ueteris lib. auctoribus. **M. ANTONIO** eloquentiffimo uiro, & C. Cæfare. ] Vet.lib. L. & C. Cæfare. Recte. fratres enim hi fuerunt, ambo in relictu Marii interfecti. Auctor Appianus, & reliqui. ] In roftris pofita. ] Vet.lib. In roftris pofita funt. ] **ET** citra illa comica confules in fequentem annum fe ipfos renunciauerunt, eodem die, quo magistratum inierant: Marius. Sex. Lacinium. ] Sic in terponge, & lege. Eodemq; die, quo magistratum inierant, Marius, &c. **POSTRIMO** arma euerit. ] Vet. lib. Armis hoftiliter euerit.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXXI.

**PRAETEREA** à Thracibus in Macedonia gelta continet. ] Vet.lib. Præterea tranfius Thracum in Macedonia continet.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXXIII.

**FVVIS** aliquot copiis. ] Vet.lib. Fufis prælio aliquot copiis. **ITA** ut his cederet provinciis. ] Vet. lib. Ita ut his cederet, It, autem Mithridates intelligitur. **IMPETRAUIT** QVE à feruo præbens ceruicem, ut eum omnino interficeret. ] Vet. lib. Impetrauitq; de feruo fuo præbens ceruicem, ut fe interficeret.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXXIII.

**CVM** ab omnibus oppidis Italiae obfides exigere uellet. ] Cum ab Italiae oppidis omnibus, colonisq; obfides, ex Vet. lib. **CONSENSV** fenatus prohibitus. ] Vet.lib. Prohibitus est. **NOVIS** ciuitibus S. C. fuffragium datum est. ] Italici data lex erat lege Iulia, uerum non in xxxv tribus diftribuit. Eos ut diftribuerentur cum P. Sulpicio legem tuliffet, ea; Sylla reuerfo abrogata effer, Cinna de is cum Octauius contendit. Itaque data erat illis ciuitas illa quide, fed fine fuffragio, nunc uero S. C. ena fuffragium adepti funt. App. lib. I. **BELLI** apparatus contra Syllam, quod plurimum excitabatur. ] Vet.lib. Belli apparatus, quod contra Syllam excitabatur.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXXV.

**A' CONSULE** Cn. Carbone, & C. Norbano. ] Emenda. à confule C. Norbano. Erat enim hoc anno conful C. Norbanus cum L. Scipione. Itaque fequenti uerfu ait. Cum L. Scipionis alterius confulis exercitu, alioquin fi Carbo conful effer, tertu confulis fuiffet dicendum.

## IN EPITOMEN LIBRI LXXXVIII.

**LITIGATORIS** à quibus adhibebantur iudicmonia, Romam deferre iufut. ] Lege ex Vet. lib. auctoritate. Litigatores, à quibus adhibebantur, iudicmonium Romam deferre iufut.



## IN EPITOMEN LIBRI XCH.

**REX QVE** à Pompeio, & Metello uictus, & ut contra Sertorium egerunt. ] Vitiōsus sine dubio locus ex uelibus ueterum librorum à me ita emendatur. Resq; à Pompeio, & Metello contra Sertorium gestas continet, qui omnibus belli. Sic enim in ueteribus libris est, præterquam quod duæ illæ uoces, Gellas continet, intereiderunt. sic epitoma sequenti. Res a Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet. **COEGIT** diuersas regiones petere Metellum ueteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam. ] Contra Plutarchus in Sertorio. *ὡς πρὸς Ἰσπανίαν εἰς Σερτηρίου θάλασσαν ὁ μὲν εἰς γαλιαν ἀπλῶς, περὶ τῆς δὲ τοῦ βασιλέως διαχειρῶνται.*

## IN EPITOMEN LIBRI XCIII.

**DEIOTARVS** Gallogræcia tetrarches præfectus Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. ] Vel aduersantibus ueteribus libris lego, præfectus Mithridatis. Nam Deiotarus stent pro Romanis, non pro Mithridate. Id autem aperte Appianus in Mithridatico. *τὸ δὲ αὐτῷ χρόνῳ φρυγίαν δι' ἡμῶν μετὰ τοῦ Σερτηρίου ἐπέβη ἰκτεμὶ βασιλεὺς πολλοὺς μὲν πείθων, καὶ γυναικῶν τιποδὺς π. καὶ ἰουδαίου ὑπὸ γὰρ, καὶ ἰλιυίαν. μὲν τὸ δὲ γαλιαν πύργων διὰ τῶν ἐπιπλοῦντων αὐτῶν σκωδῶν, καὶ πολλοὺς ἀπέβη.*

## IN EPITOMEN LIBRI XCV.

**P. VORENUM** prætorem prælio uicerunt. ] Hunc prætorem Plutarchus in Crasso uocat *πρόπιος ἑταῖρον*. Varinium Frontinus lib. 1. cap. v. Appianus autem libro primo *καρῖνος γαλιαν*. ut apparet hunc P. Varinium Glabrum appellatum fuisse. meminit etiam P. Varini prætoris Cicero pro Flacco. ubi forte, Varini, legendum est, ut gentis nomen, non familia sit. **C. CURIO** præconsul Dardanos in Thracia domuit. ] Hinc Sallustius histor. lib. 11. Nonio auctore. Eodem anno in Macedonia C. Curio principio ueris cum exercitu profectus in Dardanium, quibus poruit, pecunias coegit.

## IN EPITOMEN LIBRI XCVI.

**C. LENTVLVS** consul. ] Cn. Lentulus, perspicue, omnes auctores. **L. GELLIVS**, & **Q. ARIUS PRÆTOR**. ] Vet. lib. L. Gellius consul, & Q. Item Plutarchus, & Appianus. Cæterum hic est Q. Arius prætor, qui cum successurus esset C. Verri in Sicilia, non successit. Pædianus. **SERTORIVS** à M. Antonio, & M. Perperna, & aliis coniuuratis in conuiuium interfectus est. & c. Imperium partium ad Marium translatum est. ] Locus obscurus. Nam cum dicat ab Antonio, & Perperna interfectum esse Sertorium, addit, Imperium partium translatum esse ad Marium, nos autem ab aliis accepimus ad Perpernam petuenisse. Tollitur igitur omnis obscuritas, si ita legatur. Sertorius à Manio Antonio, & Marco Perperna. Item. Imperium partium ad Marcum translatum est. Plutarchus enim in Sertorio *μάλιστα αὐτῶν ἡνίοχος* uocat, pro *μάχιον*. In ueteribus autem libris est, ad Marcum, non ad Marium. Eiusdem porro continui memini in uerbis Sallustii historiarum lib. 111. Sertorius in imo, inter Tarquinium, & domitium Perperna. est Nonio. **VT** frequentius uictor. ] Vet. lib. Vel frequentius.

## IN EPITOMEN LIBRI XCVII.

**CAESIS** inimicorum. ] Vet. lib. Hostium. **M. CRASSVS**, & Cn. Pompeius consules facti sunt sicut Pompeius, antequam quaesturam gereret ex equite Romano tribunicium potestatem restituerunt. ] Locus mutilatus, merito asterisco notatus. Vt utri libri nihil uarietas haberi, nisi quod. Facti sic ibi est. Ex quo colligo ita esse legendum. M. Crassus, & Cn. Pompeius consules facti, ut Crassus ex prætura, sic Pompeius antequam quaesturam gereret, ex equite Romano, tribunicium potestatem restituerunt. Eandem enim rem, ut memorabilem editi etiam Appianus lib. primo. hoc modo. *ἰς δὲ ὑπατεύειν ἀμφοῖν πρόβητον. ὁ μὲν ἐστρατηγικῶς καὶ τὸν νόμον ἀλλά, ὁ δὲ στρατιωτικῶς οὐκ ἐστρατηγικῶς, οὐκ ἀκωμῶντας, ἵσθαι πρὸς τὴν πρῆξιν ἐπὶ τοῦ ἐλατίνου. I.* Consulatum autem ambo se petentores esse professi sunt, is quidem, cum prætor ex lege Nullæ fuisset. Pompeius autem neque prætura, neque quaestura perfunctus anno ætatis quarto, & tricesimo. puto tamen legendum sexto, & tricesimo. Quod quicunque intellegit, qui aut ortum, aut obitum Pompeii cum primo consulatu eius conferet. Duobus ergo legibus solutus est, una, quod prætura non gesserat, altera quod ante annos ætatis legitimos factus est. Quare merito pro Pompeio ait Cicero. Quid tam singulare, quam ut ex S. C. legibus solutus consul ante fieret, quam ullum alium magistratū per leges capere sciuisset? **IUDICIA** per M. Aurelium Cō tam prætorem. ] Legge, L. Aurelium. Pædianus enim pro Cornelio. Fuerunt tres fratres C. M. & L. Aurelius Cotta, is qui lege sua iudicia inter tres ordines communicauit, adeptus; fuit omnes consulatum.

## IN EPITOMEN LIBRI XCVIII.

**LACHARES** filius Mithridatis. ] Vet. lib. Machares. Dio. **MACHARES**. **C. LENTVLVS**. ] Cn. Lentulus. uranæ. **AQVIBVS** iustrum conditum est. cenfa fuit. ] Vet. lib. A quibus iustrum condi-

CAROLI SIGONII

to censâ sunt. **L. METELLVS** prætor in Cilicia aduersus piratas prospere rem gessit. ] Scribe, Sicilia. Hic est enim Metellus, qui Verri in Sicilia successit. Pædianus. **QVOD** incensio consumptum erat, resectum à Q. Catulo dedicatum est. ] Vet. lib. Quod incendio consumptum, ac resectum erat, à Q. Catulo dedicatum est. **MYLTIS** certaminibus fidus. ] Vet. lib. Pluribus preliis. **SEDIÏO** missum renuit, qui sequi volebant, quia legiones Valeræ impleta à se stipendia dicentes. ] Vet. lib. id est legiones Valerianæ, quæ impleta à se stipendia dicentes.

IN EPITOMEN LIBRI XCIX.

**POMPEIVS** Romæ rationem reddit. ] Romæ, superuacaneum, præferri cum dicat per epistolas rem esse actam. abest certe à veteribus libris.

IN EPITOMEN LIBRI C.

**C. MANLIVS** tribunus pl. ] C. Manilius. Cicero pro lege Manilia. **DOMITIS** Cretenfib. ] Vet. lib. Perdomitis Cretenfibis. **LIBERAE** in id tempus insulæ leges tulit. ] Vet. lib. Dedat. Quo uerbo & Cicero, & alii in hoc genere utantur. **PHRAATEM** regem Parthorum, & **Tigranem** Armeniorum regem, ac demum inter filium. ] Vet. lib. Tigranem Armeniorum, ac deinde inter filium.

IN EPITOMEN LIBRI CI.

**PHOENICIA.** ] Phœnice. uet. lib. **IBEROS**, Albanos, qui transfugam minime dabant. ] Vet. lib. Albanosq; , qui transfugam non dabant.

IN EPITOMEN LIBRI CII.

**A MILITE** Gallo nomine Bithoco. ] Bithæo repono ex Appiano in Mithridatico. **QVI** scriptor de uiris illustribus. Suetonium nominat. **A QVO**, ut iuraretur, perierat. ] Vet. lib. A quo ut iuraretur se perierat. **CITHIGO**, & pluribus. ] Vet. lib. & pluribus alius. **INCENDIIS** urbis, opprimenda rep. ] Vet. lib. Et opprimenda.

IN EPITOMEN LIBRI CIII.

**CVM** exercitu cæsis. ] Vet. lib. Cæsis est. **SACRARIVM**, in quod uirum intrare nefas est, intrasset. ] Vet. lib. In sacranum. **CVMQVE** inuicem Metelli pontificis strepuisset. ] Cicero, Plutar- chus, Suetonius, omnes denique Cæsaria pontificis Maximi uisum fuisse scribunt, non Metelli. Itaque non est credendum in tam nota historia lapsum esse autorem, uerum, ut multos alios, sic hunc locum à librariorum esse uenturum. Ego uero sine dubio legendum esse dico, Maximi pontificis. Errandi causa orta est ex compe- diosa scriptura. Nam cum paucis literis scriptus esset. M. pont. imperator ille, qui descriptis interpretatus est Metelli, cum Maximi ea uox significaret. **CN.** Pontius prætor Allobroges, qui sebellauerant, ad Solo- nem domuit. ] Hæc prætor fuit consul Cicerone, ab eoq; & Sallustio, C. Pontius, à Dione **gæsus** **peru- rios**, & **peru- rios** dicitur. Idem etiâ post triumphauit ex Gallia. Ego C. Pontianum scribo. **POMPEIVS** de liberis Mithridatis, Tigrane, & Tigranis filio triumphauit, Magnusq; à tota concione consulariuit. ] Hæc uerba non puto suo loco sita est. Veritas sentiam me impellit, quod Cicero libro. ad Atticum. Plinius si. v. 11. cap. xxvi. & lib. xxviii. cap. 11. Capitolinorum triumphorum scriptores, & reliqua omnia Ro- manæ historice monumenta loquuntur, Cn. Pompeium de Mithridate, & Asia triumphasse Pisonæ, & Messal- la consulis. In hac autem epitoma triumphus post Gabinii, & Pisonis consularium, quo anno Cæsar se scri- bat in Galbiam uenisse, & cum Helsetis pugnaße, id est post tertium annum collocatur, cum tamen in eadem ante triumphum Pompeio mentio fiat conspirationis factæ inter Pompeium, & Crassum, & Cæsarem, quæ Pompeio præseute Romæ ante consularium Cæsaris facta est. Librarij tamen & hunc errorem fuisse pro certo habeo. Nam qui, **CN. POMPEIVS** dicitur scripturus per incuriam oculis ad Pontinum coniecit, Cn. Pon- tianus scripsit, & quæ sequuntur. Post autem cum intelligeret se Pompeij triumphum tenere prætermississe, eundem ipsium in fine Epitomæ collocasse. Est aut triumphus Pompeij rebus a Pontiano gelus anteposidus.

IN EPITOMEN LIBRI CIIII.

**GALLIA** omni expulsa. ] Vet. lib. Gallia expulsa. **POMPEIO** inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno plebis ingenuo gaudio senatus, ac uniuersæ Italæ ab exilio reductus est. ] Suspicio legendum & T. Annio Milone trib. pl. agente. neque enim hoc placet, ne Milonem qui in magistratu erat, & legem roga- re poterat, orasse dicamus, sed egisse, orasse autem Pompeium, qui erat priuatus. Excidisse autem hæc uocem, propter eam quæ similia sequitur, **INGENTI**, puto. **QVORVM** quidem maxima multitudo. ] Vet. lib. Non habent, Quidem. **ADMINISTRATIO** eiusdem rei. ] Vet. lib. Eius rei. **PTOLIE**  
MALVS

MAEVVS Aegypti rex ob iniurias, quas patiebatur, à suis regno pulsus, Romam venit. ] Ver. lib. Ob iniurias, quas patebatur à suis, regno pulsus Romam venit.

## IN EPITOMEN LIBRI CV.

M. CATONIS tribuni pl. ] Lege C. Catonis. ex epistolis Ciceronis ad Lentulum. Etenim Lentulo in re Alexandrina maxime aduersatus est. Item ex lib. xxi. Annalium Fenestellæ intelligitur teste Nonio. Quod ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato turbulens adolescens nec imparatus ad dicendum concionibus assiduis inuidiam & Ptolemæo simul, qui iam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo consuli paranti iam iter concitare secundo quidem populi rumore coepit. QVA provincie consulares in quinquevniū Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria. ] Lege consilibus, pro consularibus, ut Pompeiū, Crassumq; consules iterum intelligamus. RELECTO Archelao. ] Ver. lib. Eiecto Archelao. IN regnū reduxit Aegyptū. ] Ver. lib. Rediit in regnum Aegypti. PROXIMAM partem. ] Ver. lib. Et proximam. IN Britanniam parum prospere tempore aduersis traiecit, iterumq; parum felicius. ] Lege ex Ver. lib. In Britanniam parum prospere &c. iterum parum felicius. RELIQUAM partem insulæ in potestatem redigit. ] Ver. lib. aliquam partem. Egege. Nam scribit in Agricola Tacitus, Cæsarem, qui primum in Britanniam legiones Romanas duxit, prospera pugna terruisse iucolas, & litoris tantum positum esse.

## IN EPITOMEN LIBRI CVI.

GALLORVM multi populi. ] Ver. lib. Aliquot populi. COTTA, & T. Aurunculeus legati Cæsaris. ] Ver. lib. Cotta & T. Veturius. Apparet tamen legendum, Cotta & Titurius. sic enim Cæsar li. III. Q. Titurius, & L. Cotta legati. Deceptus est librarius, quod Cotta nomen Aurunculeus fuit, eodem autem flore Cæsare. Item Appianus κατὰ τὴν ἀρχαίαν. EVOCATVS in colloquium ab hostibus, ut de pace acturus. ] Acturus, & Ver. lib. habent, & historici fides postulat.

## IN EPITOMEN LIBRI CVII.

QVOD nemini unquam contigit. ] Ver. lib. Quod nulli alii unquam. sine uoce, contigit. LEX dicta, ut ratio ab sentis ætatis. ] Ver. lib. Lex data. Huic ego. Lex lata.

## IN EPITOMEN LIBRI CIX.

CVM se dimittendum exercitum negaret, nisi à Pompeio dimitteretur. ] Veteres lib. Exercitus. & Dimitteretur. C. CURIONIS tribuni plebis primum aduersus Cæsarem actiones continet. ] Ver. lib. Primum aduersum Cæsarem de populo Romano Cæsare actiones continet. Hinc ego obseruatione historice ductus. Primum aduersus Cæsarem, deinde pro Cæsare actiones continet. Id enim omnes tradunt. & maxime Cælius ad Ciceronem. Quod tibi supra scripsi, Curionem frigerè, iam calet, nam feruentissime conceperitur, bellissime enim quia de intercalando non obniterat, transiit ad populum, & pro Cæsare loqui coepit. Ad hanc etiam historiam pertinere puto uerba quædam Varronis ex lib. I. III. de uita populi Ro. quæ sunt apud Marcellam. Curio cum id fecisset, dicebat amicis, ut illi renunciaretur, se oblitigilaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret consul. est autem oblitigillare, oblitare. C. CAESAR bello inimicos persequutus cum exercitu in Italia uenit. ] Et sensus, & uetus lætionis auctoritas probant legendum esse, persequutus. VNIVERSOS QVÆ eius partium Italia omnino expulit. ] Ver. lib. Cæterosq; partium eius Italia expulit.

## IN EPITOMEN LIBRI CX.

RELICTIS in obsidione C. Trebonio. ] Ver. lib. Relictis in obsidione urbis eius legati C. Trebonio. IN potestatem Cæsaris se permiserunt. ] Ver. lib. Potestati Cæsaris se. MALE contra Pompeianos in Illyrico captus est. IN potestatem inimicorum. ] Ver. lib. Hostium. C. CURIO legati Cæsaris cum aduersus Pompeianorum partium duces Varronem pugnasset. ] Ver. lib. Cum prospere aduersus. Porro autem Varum, non Varronem legendum. Hic est enim Atilius Varius, qui in Africa stetit contra Cæsarem. Eadem labe est in bello Cæsaris apud Florum. Pulso, inquit, fugatoq; Varrone. Varum autem habent Cæsar, Dio, Plutarchus, reliqui. Sic in oratione. Antequam iret in exilium legitur, Q. Varronem trib. pl. pro Q. Vario. Sic in oratione pro P. Sulla. Nemo T. Coruncanio, nemo Curioni, nemo huiusmodi C. Mario, cum ei multi inuiderent, obiecit. Ti. Comucanio, & C. Curio, legendum. nomen enim nouos homines Coruncanium, & Curium æquales. ut alias facit.

## IN EPITOMEN LIBRI CXI.

C. CAECILIUS Rufus cum seditione in urbe quam maxime concitaret, nouarum tabularum spe sollicita plebe. ] Lege, M. Coelius Rufus. Est enim is, de quo Cæsar lib. II. belli ciuili ait. Iisdem temporibus

CAROLI SIGONII

Romæ M. Cælius Rufus prætor causa debitorum suscepta initio magistratus tribunal suum iuxta C. Trebonii prætoris urbani sellam collocavit. & Velleius. M. Cælius in prætura novarum tabularum auctor extitit. Item idem Cælius in epistola ad Ciceronem. Tolle, Quam maxime, ex vet. lib. C. N. Pompeius ad Erundusius oblectus à Cæfare. ] Quid est tam oouum, quàm Pompeium oblectum à Cæfare ad Brundisium. In vet. lib. est ad Dyrribachium. atque idem tradunt omnes historæ.

IN EPITOMEN LIBRI CXII.

AUCTORE Theodoro. ] Vet. lib. Theodoro. Plutarchus. Dio, & cæteri *διδοτες*. **BELLVM** à Cn. Domitio contra Phraatæ Parricij prospere gestu continet. ] Dominus hic legatus Cæfaris cū Pharnace Ponti rege male rem gestis. Ex quo apparet, legendum esse, contra Pharnacem parum prospere. Ita enim Appianus lib. 1. 1. *φάρναξ βασιλεύς καὶ τὸς στρατηγὸν σκίτων χθις ἐς μαίης, οὐκ ἴσως πένν λαμ. κρις,* & Dio lib. x. 1. 1. *καὶ σὺ γρηὶος βασιλεύς κληροῖτος ἐπιμ. 1, τὸ π. ἀνοικε οἱ, καὶ π. ἀνοικε στρατ. τὸν περὶ τὴν ἡλίου. καὶ ὡς τὸν διδοτες καὶ τὸν κρις ἀρτὰ τὸν περὶ τὸν ἀδὸς ἐπὶ τὸν φαρνάξ, καὶ σὺ βασιλεύς ἐπὶ τὸν*

IN EPITOMEN LIBRI CXIII.

CATONI, cui ex æquo deferrebat imperium, cedente. ] Imperium, uacat, subauditur enim ex priore membro. Vet. lib. **POMPEII** Magni filius. ] Vet. lib. Inde Pompeius Magni filius.

IN EPITOMEN LIBRI CXIIII.

ET relicto à legione. ] Et, uacat Vet. lib. **OCCISO** QVI eo Cæsar Scipionem. ] Nouum prin cipium orationis à uoce, Cæsar faciendū est. **REBELLANTES** uicit. ] Vet. lib. Rebeliâtes prælo uicit.

IN EPITOMEN LIBRI CXV.

SPECTACVLA edidit. ] Vet. lib. Dedit. **FRVI** minime potuit. ] Vet. lib. Non potuit. **P. MAGIO** Chitone. ] Co. Magio. Ex epistola Serui ad Ciceronem. **CENSA** sunt ciuium capita centum quinquaginta milia. ] Numerus hic quanquam ualde immittus est, tamen bene habet. Scribit enim Dio pro duabus, & triginta myriadibus ciuium, quæ ante bellum ciuile censæ sunt quidecim tantum census hoc tempore, reliquis bello ciuili absumptis. & Appianus at uix dum diam parte c. uium, quæ ante ciuile bellum censebatur esse centum. **PROFECTVS** in Hispaniam contra Sex. Pompeium. ] Vet. lib. Profectusq; in Hispaniam aduersus Cn. Pompeium. Recte, erat enim maior natu Cneus, quam Sextus. **POMPEIVS** Sex. effugit. ] Vet. lib. Sex. Pompeius effugit.

IN EPITOMEN LIB. CXVI.

MVLTI, quam maximiq; honores. ] Vet. lib. Plurimi, maximiq;. **MINIMI** affurrexit. ] Vet. lib. Non affurrexit. **M. BRVTVS**, & C. Trebonius, & C. Cæsius, & ex Cæsaribus D. Brutus. ] Vet. lib. M. Brutus, & C. Cæsius, & ex Cæsaribus D. Brutus, & C. Trebonius. Idem cæteri. **C. OCTA VIVS** ex sorore nepos. ] Quanquam Plutarchus in Antonio & Dio idem scribunt (scribunt autem *ἀπὸ τῆς μητρὸς οὐκ ἔστι τὸν πατέρα ἀδελφὸς υἱόν*, i. Ant. fororis Cæsaris Octauium filium fuisse,) tamen portentum dicit, qui ita dicit. **Qui** enim fieri potest, ut Octauius nepos sit Cæsaris ex sorore, qui Atiæ, quæ fuit Iulix sororis Cæsaris filia, natus sit? quanquam apud eos mendum esse suspicor. *ἀδελφὸς*, pro *ἀδελφῶδες*, neque enim Atiæ soror Cæsaris, sed fororis filia fuit. Itaque ut Bruto ait Plutarchus. *οὐδὲς μὲν ἰδὲ τὸ ἀδελφῶδες καὶ υἱόν*. Ergo fororis nepos legendum, ut vet. lib. habent, atque ut Velleius, Suetonius & alii tradiderunt. Appianus τῆς ἀδελφῆς θυγατρὸς υἱόν uocant. i. fororis nepotem ex filia. **IN** campium Martium ferretur. ] Vet. lib. Deferretur. **CHAMACIS** humilissimæ sortis homo. ] Appianus hunc *ἀμείνωτος* uocat. Sic enim ait *ἀμείνωτος ἰ ἀδελφῶδες. μακρὸν γὰρ ἔπιπρὸς υἱόν*. Ex eo apparet legendum hoc loco. C. Amagius. Mouet tamē, quod Valerius lib. ix. hunc Erophildum Equarium medicum dominat.

IN EPITOMEN LIBRI CXVII.

OMNIBVSQVE prosperis excepit. ] Vet. lib. Omnibusq;. Ea uero omnia quæ fuerint, Obsequens, & Dio. lib. x. lv. & Velleius tradunt. **Cum** enim urbem intraret solis orbis super caput eius curuatus, rotundandusq; in colorem arcus uelut coronam tam mox utriusq; imponens, conspectus est. **IN** conuulsio reum, ac tumultus Lepidum pontificem maximum interecit. ] Ne hoc quidem quenquam alias legitale opinor, Lepidum pontificem maximum ab Octauiō, ubi priuim Apollonia rediit, intercepit, imano uero ne id quidem Epitomarum scriptor scripsit. Nam infra ait. M. Lepidum ab Octauiō abrogato trinituratus honore uitam impetrasse. Est ergo locus uirum in modum uicinas, Verus liber uel huius aliqua continet, quibus ad germanam lectioem peruenire ualeamus. sic, lo consilio eorum, ac tumultum Lepidum pontificem tum Maximum interfecit. Hinc ego. **In** consilio eorum, ac tumultu M. Lepidus pontificem Maximum intercepit. Confirmat autem hanc lectioem Velleius, qui lib. 1. 1. ait. Lepidus in locum C. Cæsaris mor



tui pontifex Maximus furto creatus. **TVLISSET** per uim. **Vet. lib.** Per uim tulisset. **AVVNCVLI** percussores. ] **Auunculi** magni dicendum erat. Ita tamen etiam Suetonius, Nihil conuenientius quam necem auunculi uindicare. **MAGNIS** iniuriis afflicti. **Cæsar** ut sibi, & resp. ] Melius concluditur hæc tota oratio in uet. lib. ita. **magnis iniuriis afflicti, Cæsar & sibi, & resp.** **DEINDE** plures. ] **Vet. lib.** Deinde & complures. **ET** ad Cæsarem. ] **Dele, & ex uet. lib.**

## IN EPITOMEN LIBRI CXVIII.

**C. CAESARI**, qui primus reip. arma sumpterat pro populo Romano imperium a senatu datum est cum consularibus ornamentis. ] **Hic locus** mire deprauatus est, cum tamen non uideatur. Me ut uicatum esse, itaq; ita legendum esse crederem Cicero admonuit. qui pro rep. arma sumpterat, proptoratoris imperium a senatu datum est. Nam Cicero in senatu, v. in Antonium, ita ait de Octauius. demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest, sit pro pratore e iure, quo quis optimo. &c. **Vox**, pratroris, in populo Romano, mutata est ob eam causam, quam sæpe alias. Eadem macula fecit quoque **Velleium** lib. 11. cum ait. **Eum** senatus honoratum equestris stama pro P. R. una cum consularibus des. **Hirio** & **Pansa** bellum cum Antonio gerere iussit. ubi legendum est. propratore. **Quis** autem scriptum est. Consularibus ornamentis, mallem pratroris. Nam & **Græci** **Phitarchus**, **Appian**. **Dio** *ἱστορίας* id que decreta tradunt. & **Cicero** decernit, senatorem eum esse, sententiamq; loco pratroris dicere.

## IN EPITOMEN LIBRI CXIX.

**A. HIRCIUS**. ] **Hirtius**. **Cap. consules**, & **græci**. *ἱππο*. **QVI** post uictoriam suam in inimicorum castris ceciderat. ] **Vet. lib.** qui post uictoriam in hostium castris ceciderat. **CUM** annos **XV** **III** haberet, consul creatus est. ] **Vet. lib.** annos **XI** **X**. **Reste**, est enim natus **Octauius** consule **Cicerone** **IX**. **Kal. Octob.** auctore Suetonio. **Consul factus** est **Pansa**, & **Hirio** consularibus interfectis **X**. **Kal. Octob.** **Que** summa agnominum est uiginti, uno die minus. **Quare** qui **XI** **X**. annos scribunt, integros accipiunt, qui uiginti, imperfectos. **Optime** autem omnium **Velleius**, qui ac **Consularum** inuit **Cæsar** pridie, quam **XX** annos impleret, **X**. **Kal. Octob.** cum collega **Q. Pedo**.

## IN EPITOMEN LIBRI CXX.

**CVI** senatus, ut persequeretur Antonium mandauit. ] **Vet. lib.** Mandauerat. **D. CAESAR** pacem cum Antonio, & **Lepido** fecit, ut utresq; reip. constituendæ quidem per quinquennium præficerent, ipse **Le pidus**, et **Antonius** statuerunt. ut suos quisque inimicos proficerent. ] **Nihil** purius potest esse uetere huius loci lectione. Ita ut **II**. uiri reip. constituendæ per quinquennium essent ipse, & **Lepidus**, & **Antonius**, et ut suos quisque. Sic enim pacis conditiones fuerunt duæ, **Triumuiratus**, et **inimicorum proficipo**. **NOMINA** fuerant. ] fuerunt. **Vet. lib.** **L. CAESARIS** **Antonii** **auunculi**, **M. Ciceronis**. ] **Vet. lib.** **Capitum** **manu** **ronis**. item **Huius** **occisi**. non cuius **occisi**. **CAPVT** quoque cum manu. ] **Vet. lib.** **Capitum** cum manu. **At** **Liuius** tamen inter duas manus positum scripsit. **Verba** eius sunt apud **Senecam** lib. primo declamatorum, ita. Ita relatum caput ad Antonium iussuq; eius inter duas manus in rostris positum. **an** **uidem** uerbis **nulla** **pilli** **mentio** **est**.

## IN EPITOMEN LIBRI CXXII.

**M. MESSALLAE** **Publicolam** fratrem iunctum communi consilio condemnauerunt. ] **Vet. lib.** **Vi** **ctum** communi consilio condonauerunt. et **recte**. **Idem** enim **Dio**. lib. **XV** **II**. *ἔπειτα τὸ γένος ὁ πῶτος κλέος ἡποκρίθησε. ὁ δὲ δὲ γένος ἰσχυρῶς. ἴσως δὲ Ἄντων οὐκ ἔστι βροῦτος ἰσχυρῶς π. ἢ ἰσχυρῶς ἀπὸ τοῦ αἰσθητικῶς ὄψε, καὶ τὸς ἀδελφῶς αὐτοῦ μάρτυς μισοῦσι πῶτος τῶ κρυφῶ περιουσίαν εἰδὼς, ἀφῶτος αὐτοῦ.*

## IN EPITOMEN LIB. CXXIII.

**OCCTIS** **QVI** à **Pompeio** **A. Bithynico** pratore. ] **Vet. lib.** **Oocctioq; A.** **Pompeio** **Bithynico** **prat** **ore**. Sic autem ipse uocabatur, ut omnia **Ro.** **monumenta** loquuntur. **SALVDIENVM** legatum. ] **Vet. lib.** **Q.** **Saludensum** legatum. **Suetonius** in **Augusto**. **Saludienum** **Rufum**. **Quare** **Q.** **Saludensum** **lego**.

## IN EPITOMEN LIB. CXXVIII.

**ALTERO** deinde prætor iunctus **M. Brutus**, & ipse uiam finit, exorato **Seratone** fugæ comite, ut sibi gladium addiceret, annorum erat ætatis **X**. **Inter** quos **Q. Hortensius** occisus est. ] **Locum** hunc mancum esse semper suspicatus sum. nec me fecellit opinio, ubi & ueteres libros & huius historice scriptores conuulserunt **ca** **pi**. **In** **Vet. lib.** Ita est adiceret. annorum circiter **X**. ita ut duæ uoces ab sint. **Erant**, & **Aetatis**. **Hinc** **ego**. **Idemq;** fecerunt principum Romanorum circiter **X**. **Inter** quos **Q. Hortensius** occisus est. **Qui** enim cum **Bruto** mortem apperuerit tradit, quorum alios sibi met, ut **Brutus** fecerat, necem conscussit at, alios autem ut **Hortensium** ab inimicis esse interfectos. **Hanc** rem sic **Velleius** lib. 11. **Non** aliud **libellum** **cruentius** **carde** **cl** **risimorum** **uicorum** **fuit**. **Tum** **Catonis** **filius** **cecidit**. **Eadem** **Lucullum**, **Hortensiumq;** **eminentissimorum**





Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or introductory paragraph.

Section 1

Faint text block following the first section header.

Section 2

Faint text block following the second section header.

Section 3

Faint text block following the third section header.

Section 4

Faint text block following the fourth section header.

Large block of very faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a concluding paragraph or a list.

92

CAROLI SIGONII CHRONOLOGIA,  
IN T. LIVII HISTORIIS  
AB URBE CONDITA.

REGES.

Romulus regnat annos XXXVIII.  
Interreges regnant annum 1.  
Numa Pompilius. annos XLIII.  
Tullus Hostilius. annos XXII.  
Ancus Marcius. annos XXI.  
L. Tarquinius Priscus. annos XXXVIII.  
Ser. Tullius. annos XLIII.  
L. Tarquinius Superbus. annos XV.

CONSVLES.

245	L. Iunius Brutus. Sp. Lucretius Tricipitinus. M. Horatius Pulvillus.	L. Tarquinius Collatinus. P. Valerius Poplicola.
246	P. Valerius II.	T. Lucretius.
247	P. Lucretius.	P. Valerius Poplicola III.
248	Sp. Lartius.	T. Herminius.
249	M. Valerius.	P. Postumius.
250	P. Valerius IIII.	T. Lucretius.
251	Agrippa Menenius.	P. Postumius.
252	Opiter Virginius.	Sp. Calfius.
253	Postumus Cominius.	T. Lartius.
254	Ser. Sulpicius.	M. Tullius.
255	C. Venusius.	T. Acutius.
256	Q. Cicetus.	T. Lartius.
257	A. Sempronius.	M. Menenius.
258	A. Postumius.	T. Virginius.
259	Ap. Claudius.	P. Seruilius.
260	A. Virginius.	T. Venusius.
261	Sp. Calfius.	Postumus Cominius.
262	T. Geganius.	P. Minucius.
263	M. Minucius.	A. Sempronius.
264	Sp. Nautius.	Sex. Furius.
265	T. Sicinius.	C. Aquilius.
266	Sp. Calfius.	Proculus Virginius.
267	Ser. Cornelius.	Q. Fabius.
268	L. Aemilius.	K. Furius.
269	M. Fabius.	L. Valerius.
270	Q. Fabius.	C. Iulius.
271	K. Fabius.	Sp. Furius.
272	M. Fabius.	Cn. Manlius.
273	K. Fabius.	T. Virginius.
274	L. Aemilius.	C. Seruilius.
275	C. Horatius.	T. Menenius.
276	A. Virginius.	Sp. Seruilius.
277	C. Nautius.	P. Valerius.
278	L. Furius.	A. Manlius.
279	L. Aemilius.	Opiter Virginius, vel Vopiscus Iulius.
